THE D. H. HILL LIBRARY
NORTH CAROLINA STATE COLLEGE



SPECIAL COLLECTIONS
QH43
E58
v.2

THE FRIEDRICH F. TIPPMANN

ENTOMOLOGICAL COLLECTION

Locked Shelves

This book must not be taken from the Library building.

25M—JUNE 58—FORM 2

# CAROLI LINNÆI

## ENTOMOLOGIA,

### FAUNÆ SUECICÆ DESCRIPTIONIBUS

### AUCTA;

*DD. Scopoli, Geoffroy, de Geer, Fabricii, Schrank, &c. ſpeciebus vel in Syſtemate non enumeratis, vel nuperrime detectis, vel ſpeciebus Galliæ Auſtralis locupletata, generum ſpecierumque rariorum iconibus ornata;*

Curante & augente CAROLO DE VILLERS, Acad. Lugd. Maſſil. Villa-Fr. Rhotom. necnon Geometriæ Regio Profeſſore.

TOMUS SECUNDUS.

LUGDUNI,

Sumptibus PIESTRE ET DELAMOLLIERE.

1789.

# PRÆFATIO.

Lepidopterorum diviſio in Papiliones, Sphinges, Phalænaſque omnibus Entomologis grata fuit. Ordines autem *Syſt. Naturæ* varie elaboraverunt nonnulli. Non ſolum diviſiones, ſed ipſa nomina trivialia rejecerunt. Utraque nihilominus conſervavit illuſtriſſimus *D. Fabricius*; ſyſtema novum in lucem edendo, Papilionum phalanges adoptavit, Phalænarumque ordines, mutato aliquoties nomine, retinuit. Hinc hujus celeberrimi Entomologi & definitionibus & deſcriptionibus dilucidata fuerunt ſyſtematis naturæ Lepidoptera. Omnia nomina *Linnæana*, vel trivialia vel in veterum eruditione trita ſanćte ſervavit. *Ambo*, inquit, *indicant virum de ſcientia bene meritum.*

Canonem hunc pretioſiſſimum minime obſervaverunt *DD. de Geer Geoff.*que: Tinearum, Tortricum, Geometrarum ordines non agnoverunt, ipſa nomina trivialia mutaverunt, nominibuſque doćtorum Obſervatorum alia longiora infelicioraque ſubſti-

tuerunt : hac mutatione nomenclatura difficilior evaſit.

Novis Lepidopterorum ſpeciebus diverſa nomina a variis Entomologis impoſita, Inſectologiæ valde nocent. exemp. gr.

Pap. *Iphis*. Wien. Werz. 321. 25.
— *Tiphon*. Eſp.
— *Tullia*. Faun. Frid.
— *Daus*. Faun. Frid.

---

*Le Porte-Miroir*. D. Geoff.
Pap. *Steropes*. Wien. Werz.
— *Morpheus*. Pallas.
— *Aracintus*. Fab.

Nomina igitur jam accepta mutavit ipſe *Fab.* qui canonem hunc poſuerat.

*Nomen vagum pro nomine vago, uti pleraque ſunt, ſupervacaneum foret; mutentur ideo nunquam, niſi cibus aut habitus aut character eſſentialis exprimi poſſint.*

Numeroſiſſimam Lepidopterorum claſſem forſan coarctabunt Nepotes. Non ſemper enim copula ſpecies determinatur. Larvarum hiſtoria ſpeciem vere diſtinguit ſubque eodem nomine triviali ordinandum eſt quid-

quid ex iiſdem larvis oritur, etſi varietas coloris inſignis. Papilio *Cardamines Linn.* diagnoſi ſtatim dignoſcitur; varietas tamen in noſtro *Muſæo, primoribus ſubtus medio ſubtus fulvis.* Sic Pap. *Iris* diagnoſis *Linn.* optima, definitioni *DD. Scop. Geoff. Fab.* anteponenda, *alis cæruleo micantibus;* frequenter enim reperiuntur individua *alis fuſcis cæruleo non micantibus;* ſpecies tamen eadem, ex ovis enim ejuſdem fœminæ orta.

Si colores nimis oculos ludunt, ſi nomina a coloribus deſumta lubrica & incerta evadunt, non magis admittendæ ſunt differentiæ ſpecificæ e larvarum moribus, figura, ſtructuraque ſumtæ. Rejiciatur igitur hæc Tinearum determinatio. *Larva involucro tecta, chryſalis in involucro larvæ.*

Lepidoptera quæ, ſub larvarum forma odio fere ſunt omnibus, quæ pedibus tunc ubique calamitoſe obteruntur, poſt metamorphoſin, etiam ignaris, placent, cum in *Muſæis* oculiſque præſentantur; larvæ tamen minime timendæ, aculeo carent, ore innoxio inſtruuntur & pilis ſolis quædam ſpecies periculoſæ. Quantum moribus,

induſtria mirandæ ! ex ovo oriuntur omnes, pluries vetuſtas exuitur, metamorphoſis jamdiu miraculoſa, ſucceſſiva eſt partium explicatio, Lepidopteraque ſub integumentis larvæ latitant. Ova Phal. *diſpar.* etiam in Erucis obſervata fuerunt. *Larva ſterilis nutrit imaginem latentem in adultiorem ætatem. Puppa durior, haud amplius creſcens ſterilis, creſcens roborat imaginem latentem uſque ad maturitatem; nullum enim individuum, ſub larvarum forma, ſpeciem propagat.*

Omnium Lepidopterorum caput antennis ſenſoriis ornatur, modo corporis longitudinem æquant, modo ſuperant, modo corpore duplo triplove longiores, modo capite thoraceque ſimul ſumtis, breviores. Variant ſæpius in eadem ſpecie, ratione ſexus; inde Bombycum nota ex antennis forma ſumta, ad hunc Phalænarum ordinem determinandum, non ſufficit.

Novum Lepidopterorum ſyſtema nuperrime publicavit doctiſſimus Entomologus *D. Schieffermyller.*

Sphinges.
Phalænæ.

*Bombyces*, larvis 16-podis, 14-podis, apodis.

*Noctuæ*, larvis 14-podis, 16-podis, 12-podis.

*Geometræ*, larvis 12-podis, larvis 10-podis.

*Pyralides*, longipalpes, brevipalpes.

*Tortrices* virides, metallinæ, flavæ, ferrugineæ, cinereæ, obſcuræ.

*Tineæ* bombyciformes, directipalpes, recurvipalpes, impalpes.

*Alucitæ.*

*Papiliones*, larvis vulgaribus, larvis caſelliformibus.

Ordines igitur compoſuit ſummus Entomologus, partim ex larvæ, partim ex imaginis ſtructura. Licet ingenioſa certe ſit hæc diviſio, Lepidopterorum tamen character Entomologiæ utilis ab inſecti perfecti partibus obtinendus eſt; inde Pyralidum Tinearumque nota characteriſtica optima videtur, ſed aliorum ordinum notæ, utpote larvis indigeant, longe minus utiles. Larvarum hiſtoria, forma, mores characterem generis minime conſtituunt.

Quieſcunt omnes Erucæ, tempus quietis mirifice varium. In quibuſdam ſpeciebus poſt dies 12-14, in aliis poſt hebdomadas

3-9, in aliis poſt duos annos exſurgit imago, larva adeo recedens, ut niſi experientia confirmata fuiſſet origo, vix ſuſpicaretur; pedum enim numero, coloribus, moribuſque differt. In larvis, uti in Lepidopteris, ſpiramenta lateraliter poſita novem utrinque numerantur. In Erucis oculi duodecim tuberculati hemiſphærici, in Lepidopteris duo tantum reticulati. Ore dentibus validis inſtructo, plantarum folia pleræque rodunt Erucæ; lingua Lepidopterorum tercanaliculata, ſemper innoxia, ſuctu florum nectar haurit; ſed quod ſtupendum eſt, ſpecies nonnullæ, cibo non capto, copula junguntur, peractaque pereunt. Larvarum ſex pedes anteriores ſquamoſi nunquam deſunt, imaginis pedum vaginas eſſe *D. Reaumurii* aliorumque Entomologorum experientiis conſtat: alii, uti mammillæ textoriæ, prorſus obliterantur. Spurii ſunt igitur pedes non ſquamoſi, ad ordines ſtabiliendos inſufficientes ſunt pleræque leges a noſtro *Reaumurio* ſtabilitæ, Entomologum ſæpe fruſtrant. Ex Erucis in puppam tranſeuntibus imago non ſemper annuntianda eſt; Papilionum quorumdam larvæ ſub terra metamorphoſin ſubeunt Geometræque *Pendulariæ*, more quarumdam

Erucarum Papilionum, filo alligata larva quieſcit.

Erucarum hiſtoria a variis Entomologis, præcipue a *DD. Reaumurio Degeero*que illuſtrata fuit. Doctis eorum operibus larvarum locus, cibus, induſtria, conſervandarum modus metamorphoſiſque innoteſcent; ſed celeberr. *Fabricii* Entomologiæ fundamenta die ac nocte evolvant tyrones; tunc laboribus Prædeceſſorum fruentes, in Entomologia utile progredientur.

Ejuſdem ordinis individua ſuis finguntur moribus. Inter Lepidoptera Phalænæ pleræque lucifugæ, raro oculis ſunt obviæ; ſed lumen ſolare fugientes, lumine candelarum lampadumque, neſcio qua ratione, attrahuntur; inde per noctem obſcuram in cubicula illuminata intrant & in venatoris manum copioſe incidunt. Luminis aditus, vitri ope, accurate interdicatur, ne Tineæ, Pyralides, Tortrices, &c. ſe ipſas accendant aut contaminentur. Ad jucundam hanc venationem conclavia nuda aliis feliciora, præſertim ſi ſylvæ vicinæ feneſtræ ſint oppoſitæ. Phalænæ quæ oculos fugierunt, poſtera die ad feneſtras turmatim accurrent, ibique, feneſtris clauſis, facile capientur; ſed lunæ oppoſitio vitanda eſt,

vigiliæ enim nocturnæ tunc prorſus inutiles. Ex loco venatus araneas expelle : Phalænas retibus involventes, devorant ſpemque venatoris fallunt; ſic Lepidoptera, quorum Erucæ rariſſimæ, lumine decepta, imprudenter noctu oculis in vanum ſeſe non offerunt. Sphinges, Bombyces Noctuæque majores introitum ſuſurrone annuntiant. Feneſtras claude, ne feneſtras adeant citiuſque elabantur. Non ſolum Phalænæ ſed quædam Coleoptera, quidam Cimices, &c. hujus manubrii ope, vigilias ſolvent.

Ad hiſtoriam Entomologicam perficiendam larvæ neceſſario educandæ. Omnes fere feliciter in puppam mutantur, ſed non omnes ad imaginem perveniunt. In terra humidiori ſicciorive frequentius pereunt Chryſalides; larva alni *duplici cauda* ultimam raro ſubit metamorphoſin, deſſicatur aut maceſſit, folliculus igitur e terra extrahendus. Si coacervantur larvæ, vegetabilium, ſtigmatorum excrementorumque vapor lethalis Erucis ſemper noxius eſt; vaſa accurate mundanda, ne larvæ corruptæ aliis funeſtæ ſint.

Quodcumque ſyſtema ſit adoptatum, claſſium ſeparatio, ejuſdem claſſis generum

vicinia, ejuſdem generis ſpecierum aggregatio deſiderantur. Vulgare, rarum, novum inſectum ſubito detegit Entomologus viator: individuorum contra ſeries indigeſta oculos & animum fatigat divitiaſque Entomologicas in lucem non profert; *Muſæum* igitur coloribus ordinatum apage: futilis hæc diſpoſitio, oculis forte jucunda, ſed ſpecies unius generis cum alterius ſpeciebus confuſio, inſectorum Inquiſitorem, non Entomologum, indicat.

Alarum poſitio, præcipue Phalænarum, ſedulo conſervanda eſt; alæ enim nimium extenſæ a viis naturæ aberrant ordinemque falſum non raro offerunt. Caput, antennas individui in alterum transferre non licet; ignarum forſan decipit monſtroſa hæc aggregatio, ſed artem reſarſitoremque ſpernit Entomologus. Inſecta vernigine induta, ad hoſtes ſane expellendos, in quibuſdam *Muſæis* non raro reperi. Hac præparatione elytrorum characteres ſæpius delentur; præterea, ſi accurate deſſicata fuerunt inſecta, ſi in capſulis exacte clauſis firmantur, optime conſervari experientia docet. Dermeſtes, Byrrhi, &c. tunc aditum non habent; ſed ſæpe in abdomine latet ovum inimicum;

nullum mihi cognitum remedium, niſi capſularum frequens inſpectio; pulvere enim hoſtis manifeſtatur.

Soli meridiano inſecta viva in ampullis vitreis expoſita, cito ad mortem dantur. Vitatur thoracis preſſio, punctio Lepidopterorum thoracem ſæpius denudans longuſque inſecti angor. In *Muſæi* diſpoſitione, Lepidoptera, imprimis Phalænas, a radiis ſolaribus defende; neglecta hac cautela, colores palleſcunt, extinguuntur Phalænæque nonnullæ vix in poſterum agnoſcendæ.

Inſectorum exoticorum antennæ ſæpe occultantur, pedes male extenduntur; in capſulis ligneis claude, linteis humidis per triduum involve, flexibilitaſque partium non amplius deſiderabitur; ſoli tamen aut fornaci diu expone ut lupi innoteſcant. Sic juventutis etiamque hodie ſenectutis deliciæ inſecta in capſulis utrinque vitreis ſecure jam diu clauduntur. Conſervatione, diſpoſitione, numero ultra 5000, omnibus pretioſum viſum fuit noſtrum *Muſæum*. Super capſularum latera inſcribuntur nomina trivialia. Si modus hic inſectorum conſervatrix ſumptuoſus, omnibus aliis longe anteponendus eſt. Alterat colores ſpiritus vini, in capſulis

ligneis congeſtæ ſpecies poduris exponuntur. Periculum non imminet, ſed paullatim Lepidoptera ſquamis ſpoliantur. Camphora inimicos non pellit, efficacior vapor ſulphureus, hoſtes necat, ſed colores quoſdam extinguit.

Noſtra hæc conſervationis methodus, omnibus aliis mihi cognitis, etiam Entomologorum hodiernorum principis *D. Fabr.* utilior videtur, ut ex ſequentibus patebit.

Inſectum in *Muſæo* bene obſervatum præſtat omni icone, neceſſarium omni Entomologo.

Conſervantur inſecta aut ſicca aut pertuſa in ciſtis cera & terebenthino obducendis & vitro claro tegendis.

Nunquam humida ciſtis inſerenda, ne oleoſa evadant.

Ad methodum qualemcumque diſponenda.

Nomen genericum & ſpecificum adhibenda.

Aliquoties ciſtæ aere ſereno aperiendæ, ne mucore tegantur inſecta.

Aut *humida* in vitris ſpiritu vini repletis.

Vitra ſint omnino hyalina operculo vitreo exacte clauſa, ne evolet ſpiritus.

Spiritus ſit clarus nec rectificatiſſimus, ne partes inſectorum rodat.

Nomen genericum & ſpecificum vitris adglutinandum, ideoque unicum inſectum in ſingulis vitris.

Ultima hæc *D. Fab.* obſervatio magni momenti videtur; ſpecies enim diverſæ in capſula eadem clauſæ oculos fatigant; quid ſi ſpecies generis unius cum aliis generis ſpeciebus offeruntur? Larvæ, quæ in Muſæis hodie non raro occurrunt, nova & faſtidioſa methodo ulceratæ, ultra naturam extenſæ, ſæpius decolorantur ſemperque deformantur; Entomologiæ igitur progreſſui non malo jure ut inutiles judicantur meliuſque iconibus cognoſcentur.

Inſignes ſpecierum varietates quæ Muſæa non ingrate ornant, cum a congeneribus non ſeparantur, iconibus infauſte depinguntur. Stipite enim cognito, deſcriptionibus varietates ſufficienter dilucidantur. Hac luxurioſa iconum multiplicatione opus Entomologicum ſumptuoſum evadit in manuſque plerorumque tyronum difficillime deſcendit; pater enim eorum rarius crevit.

Quis enim fortunæ bonis ditatus Botanicam Entomologiamque apprime colet? Quis, in ſole exuſtus, pede celeri montes agroſque percurret? Ille ſolus qui natura dotatus fuerit, qui vini, cibi ſomnique minime benignus, pane ſecundo lacteque contentus, tuguria ruſticoſque non ſpernit. Icones igitur parca manu ſpargat Ichniographus; nam nec Botanicum nec Entomologum formant. *Omnis vera cognitio humana cognitione ſpecierum nititur*: ſed characteribus generis, ſpecierum differentiis, & non iconibus ſtabilitur; utiles tamen ad quarumdam Noctuarum Tinearumque cognitionem.

*N. B.* 1°. Jam typis mandatum fuerat hoc volumen, quum *D. Fabricii* novæ *Mantiſſæ* Lepidoptera ad nos pervenerunt; inde illuſtrationes, licet invite, neceſſariæ, imprimis ut novæ numeroſæque illuſtr. *D. Schieffermyller* Phalænarum ſpecies enumerentur. Si grata tyronibus hæc additamenta, non tamen ſine periculo, opus auctum fuit, erroribus indulgeat benevole lector. Phalænarum deſcriptione, etiam optima, non ſemper individua ab aliis certo ſeparantur.

*N. B.* 2°. Pag. 432, n°. 779, pyralis *tentucularis*; lege *tentacularis.*

Pag. 479, n°. 903, in *Braſſiæ* nemoribus; lege in *Breſſiæ.*

Pag. 489, ante n°. 930, pap. *Surinaſenſes*; lege *Surinamenſes.*

CLASSIS III.

# III.

# LEPIDOPTERA.

## PAPILIO.

*Alæ* IV imbricatæ ſquamis.
*Os*, lingua involuta ſpirali.
*Corpus* piloſum.

*Obſ.* Hujus claſſis inſecta, antennis, in tres familias naturaliter dividuntur. *Antennæ* clavatæ ſunt in omnibus papilionibus; priſmaticæ vel acuto-clavatæ in ſphingibus; pectinatæ vel filiformes vel ſetaceæ, vel dentatæ in omnibus phalænis; inde oriuntur tres præcipui ordines; papiliones proprie dicti, ſphinges & phalænæ. Ultima familia valde ambagioſa; nam maris antennæ pectinatæ ſunt, fœminæ ſæpe filiformes. Uterque ſexus igitur fere ſemper neceſſarius ut phalæna inter bombyces collocetur. In vanum larvas deſcriberet Entomologus; nam, ut optime obſervavit *D. Fabricius*, falſæ ſunt differentiæ a larva aut puppa deſumtæ; quum larvæ raro aut nunquam in muſeis occurrant, methoduſque earum converſationis modus non detectus ſit: ergo differentiæ a larva & puppa deſumtæ in entomologia omnino rejiciendæ: ergo felix qui novo charactere bombyces noctuaſque ſeparavit. V.



D. H. HILL LIBRARY
North Carolina State College

# PAPILIO.

*Antennæ* apicem verſus craſſiores, ſæpius clavato-capitatæ.
*Alæ* (ſedentis) erectæ ſurſumque conniventes (volatu diurno.)

### * EQUITES *Troës.*

### *NULLUS IN EUROPA.*

### ** EQUITES *Achivi.*

Ajax. 1. P. A. (l'ajax) alis obtuſe caudatis concoloribus fuſcis, faſciis flaveſcentibus, angulo ani fulvo. *t.* 4. *f.* 1.
*Raj. inſ.* III. *n.* 2.
*Edw. av.* 34.
*Fab.* 79.
*Eſp. t.* 51. *cont.* 1.
*Hab. in* America Boreali. In Helvetia & Germania.

---

Papiliones *dividuntur in* VI phalanges:
*a.* Equites *Alis primoribus ab angulo poſtico ad apicem longioribus, quam ad baſin; his ſæpe antennæ filiformes.*
—— —— Troës *ad pectus maculis ſanguineis, (ſæpius nigri)*
—— —— Achivi *Pectore incruento, ocello ad angulum ani:*
—— —— *Alis abſque faſciis.*
—— —— *Alis faſciatis.*
*b.* Heliconii *Alis anguſtis integerrimis, ſæpe denudatis: primoribus oblongis, poſticis breviſſimis.*
*c.* Danai *Alis integerrimis.*
Candidi *Alis albidis.*
Feſtivi *Alis variegatis.*
*d.* Nymphales *Alis denticulatis.*
Gemmati *Alis ocellatis:*
*Ocellis in Alis omnibus;*
*in Alis primoribus;*
*in Alis poſticis.*
Phalerati *Alis cæcis abſque ocellis.*
*e.* Plebeii *parvi: Larva ſæpius contracta.*
Rurales *Alis maculis obſcurioribus.*
Urbicolæ *Alis ſæpius maculis pellucidis.*

Machaon. 2. P. A. ( le machaon ) alis caudatis concoloribus flavis, limbo fuſco lunulis flavis, angulo ani fulvo. *

*Scop. carn.* 444.
*Gron. zooph.* 725.
*Mouff. inſ.* 99. *t.* 968.
*Aldr. inſ.* 96. *n.* 5. 6. *f.* 1.
*Jonſt. inſ. t.* 5. 7.
*Columm. ecph.* 2. *t.* 86.
*Raj. inſ.* 110. *n.* 1.
*Rob. icon.* 18.
*Merian. Eur. t.* 94. & 163.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 10.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 29. *f.* 1. & *t.* 30.
*Edw. av. t.* 343.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 1.
*Wilk. pap.* 47. *t.* 1. *a.* 1.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 54. *n.* 23.
*Pap. deur. t.* 34. *f.* 68. – *t.* 70.
*Fab.* 67.
*Eſp. t.* 1. *f.* 1.
*Schæff. icon. t.* 45. *f.* 1. 2.
*Seb. muſ.* 4. *t.* 32. *f.* 9. 10.
—— *t.* 59. *f.* 12. 13.
*De Geer tom.* 2. *p.* 185. *t.* 1. *f.* 2. 3.

*Hab. in* Europæ umbellatis & ruta. In Galliæ fæniculo.

*Larva* lævis, viridis cingulis nigris, alternis ferrugineo punctatis. Caput tentaculis 2.

*Deſc. Alæ*, pedes, lingua, nigra. *Antennæ* clavatæ. *Alæ primores*, ovatæ, obtuſæ, interregimæ, nigro flavoque variegatæ, ſeu nigras concipias, quibus juxta marginem craſſiorem maculæ tres, lunares, flavæ; juxta marginem vero poſteriorem maculæ 8, parvæ; & in medio inter ambos deſcriptos ordines, a margine interiore verſus angulum alæ, maculæ 7, juxta ſe collocatæ,

quarum interiores majores. *Alæ poſticæ* denticulatæ, quarum poſterior angulus linearis productus & reliquis multo longior: margo hujus alæ 6 maculis flavis lunulatis pictus, præter ſeptimam maculam, quæ ano proxma eſt, & ocello fulvo-cæruleo colore cincto ſpectabilis; diſcus hujus alæ flavus. *Faun.* 1031.

Podalirius. 3. P. A. (le flambé) alis caudatis ſubconcoloribus flaveſcentibus, faſciis nigricantibus geminatis, poſticis ſubtus linea ſanguinea. *M. L. U.* 208. *

*Scop. carn.* 445.
*Gron. zooph.* 731.
*Raj. inſ.* 111. *n.* 3.
*Merian. Eur.* 163. *f.* 44.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 3. 4.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 2.
*Pod. inſ.* 62. *t.* 2. *f.* 1. papilio ſinon.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 56. *n.* 24.
*Schæff. elem. t.* 94. *f.* 4.
*Eſp. t.* 1. *f.* 2. Larva *t.* 50. *ſupp.* 26.
*Fab.* 58.
*Begſtr. inſ.* 2. *t.* 18. *f.* 1. 2. 3. 4.
*Pap. deur. t.* 34. *f.* 69. – *t.* 10. var.
*Hab. in* Braſſica Europæ Auſtralis Africæque Borealis affinis nimium proteſilao, ut larva utriuſque diſtinguat ſpecies.
In Gallia ubique. V.
*Deſc. Thorax* niger, utrinque flaveſcens linea laterali, ab oculis ad anum ducta, nigra. *Abdominis* latera flava. *Antennæ* clavatæ. *Alæ primores* ſupra flavæ, faſciis octo, nigricantibus, alternis

---

Larva *machaonis, anchiſes & plurium équitum tentacula duo ſupra caput exſerit, uti larva apollinis, utrum vero idem in reliquis equitibus obtineat, dies docebit.*

dimidiatis. *Subtus* flavæ, faſciis 6 nigricantibus, quarum 3 & 5 abbreviata; 4 & 6 cineritie diviſa. *Margo* exterior niger eſt. *Poſticæ* caudatæ, utrinque flavæ. *Margo* poſticus nigricans lunulis 4 cæruleis. *Lunula* ani præterea ocellaris, fulvo cincta. *Faſcia* nigra: linea intermedia rubra, a faſcia primorum tertia ad ocellum ani ducta. *Linea* nigra abdomini parallela, ad marginem interiorem. *Striæ* 2 ſ. 3, ad angulum exteriorem nigricantes. *Cauda* alæ acuta, ſubulata, nigra, ala dimidio brevior. *M. U. p.* 208.

*** HELICONII.

Apollo. 4. P. H. (l'Apollon) alis oblongis, integerrimis albis, poſticis ocellis ſupra quatuor, ſubtus ſex baſique rubris. *
*It. Gotl.* 230.
*Scop. carn.* 447.
*Mouff. inſ.* 94. *f.* 2. 3.
*Pet. muſ.* 49. *n.* 502.
—— *gaz. t.* 23. *f.* 8.
*Raj. inſ.* 193. *n.* 2.
*De Geer tom.* 1. *p.* 282. *t.* 18. *f.* 8.-13.-. *tom.* 2. *p.* 136.
*Ræſ. inſ.* 4. *p.* 29. *t.* 4. *f.* 1. 2.
*Sulz. inſ. t.* 13. *f.* 41.
*Pod. inſ.* 66. *n.* 11. papilio rhea.
*Fab.* parn. 147.
*Eſp. t.* 2. *f.* 1. - *t.* 64. *f.* 1. 2. *t.* 64. *cont.* 14. *f.* 1. 2. *Var.*
*Schæff. monog.* 1754. *t.* 2. *f.* 2. 3.
—— *elem. t.* 94. *f.* 6.
—— *icon. t.* 36. *f.* 4. 5.

Concolores *alæ in papilionibus dicuntur, quæ in utraque pagina, ſuperiore ſcilicet & inferiore, eundem colorem gerunt.*

*Pap.* d'Eur. *t.* 47. *f.* 99. - *t.* 75. An ſpecies ? *t.* 76. *f.* 93. ter.
*Hab. in* ſedo telephio, ſaxifr. cotyledone. Frequens in Suecia, prodit menſe groſſificationis, tarde volitans.
*Larva* tentaculis 2 ad occiput, quemadmodum E. machaonis.
*Obſ.* In omnibus Galliæ Alpinis montibus. V.
*Deſc.* Mole cum maximis noſtris certat. *Corpus* nigricans lana cinerea. *Alæ* erectæ, rotundatæ, albæ, venis pallidis & farina cinereo-nebuloſa perfuſæ, apice & margine poſtico membranaceo. *Alæ primariæ* 3 maculis nigris verſus marginem craſſiorem, unica nigra verſus interiorem, quæ omnes utraque ſuperficie adparent. *Alæ ſecundariæ* ocellos albo (in medio) rubro, nigro, cæruleo conſtructos, duos utrinque conſpicuos habent & juxta baſin ocellos 4 cœcos abſque pupilla alba; & verſus anum unicum ocellum nigrum pupilla rubra: hi poſteriores ſubtus conſpicui. *Pedes* 6. *Antennæ* clavatæ, apice ſubtus nigræ. Sub ano membrana craſſa, concava, carinata. *Faun.* 1032.

Mnemoſy-ne. 5. P. H. (la mnemoſyne) alis oblongis integerrimis albis, nigro nervoſis, primoribus maculis duabus nigris marginalibus. *
*Scop. carn.* 449. *t.* 4. *f.* 2.
*Uddm. diſſ.* 55.
*Pod. inſ.* 63. *n.* 3. β P. cratægi varietas.
*Fab.* parn. 148.
*Eſp. t.* 2. *f.* 2. *t.* 58. *cont.* 8. *f.* 5. *fœmina.*
*Pap.* d'Eur. *t.* 48. *f.* 100.
*Hab. in* Finlandia, Hungaria. In altioribus Gebennis lectus. V.

*Deſc*. Præcedenti ſimilis, licet ſpecie, diſtinctiſſimus. *Minor* & abſque ocellis. *Alæ* albæ venis nigris. *Primores* margine poſtico nudæ ſ. membranaceæ, in medio ad coſtam duæ maculæ nigræ. *Poſticæ* etiam maculis duabus nigris: priore ad marginem anteriorem minore, poſteriore in medio diſci majore. *Anus* organo majore cartilagineo ſingularis ſtructuræ in fœmina. *Faun*. 1033.

*Obſ*. Alarum poſticarum margo interior niger, albedine adſperſus. V.

Cratægi. 6. P. H. (de l'aliſier) alis integerrimis rotundatis albis, venis nigris. *

*It. Gotl.* 182.
*Geoff. pariſ.* 2. *p*. 71. *n*. 43.
*Scop. carn.* 448.
*Aldr. inſ.* 246. *f*. 6.
*Mouff. inſ.* 103.
*Pet. muſ.* 33. *n*. 301.
*Raj. inſ.* 115. *n*. 5.
*Albin. inſ.* 2. *t*. 2.
*Merian. Eur.* 2. *t*. 35.
*Friſch. inſ.* 5. *t*. 5.
*Reaum. inſ.* 2. *t*. 2. *f*. 9. 10.
*De Geer tom.* 1. *p*. 235. *t*. 14. *f*. 13.-19, *tom*. 2. *p*. 182.
*Rœſ. inſ.* 1. *p*. 2. *t*. 3.
*Wilk. pap.* 49. *t*. 2. *a*. 1.
*Schæff. icon.* *t*. 140. *f*. 2. 3.
*Eſp. pap.* *t*. 2. *f*. 3.
*Fab.* parn. 149.
*Pap.* d'Eur. *t*. 48. *f*. 101.

*Hab. in* pruno, cratægo, ſorbo, pyro variiſque arboribus.

Heliconium eſſe indicant alæ apice denudatæ.

*Deſc*. *Alæ* rotundatæ albæ, venis nigris nervoſæ, margine denudatæ, conco-

lores. *Primores* ad coſtam lunula nigra. Forte & hujus ſpeciei ſit, *papilio ex eruca gregaria majore proveniens ſordide albicans venis nigricantibus.* Raj. hiſt. 17. & *larva labyrinthiformis* It. Æland. 62. *Faun.* 1034.

**** DANAI *Candidi.*

Braſſicæ. 7. P. C. ( du chou ) alis integerrimis rotundatis albis, primoribus maculis duabus apicibuſque nigris, major. *

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 68. *n.* 40.
*Scop. carn.* 450.
*Mouff. inſ.* 189. *f.* 1.
*Gæd. inſ.* 1. *t.* 11.
*Liſt. gæd.* 16. *f.* 7.
*Blank inſ. t.* 4. *f. A. D.*
*Raj. inſ.* 113. *n.* 1. & 348.
—— *cantabr.* 134.
*Pet. gaz. t.* 62. *f.* 3.
*Merian. Eur.* 1. *t.* 45.
*Alb. inſ.* 1. *t.* 1.
*Valliſn. nat.* 1. *t.* 1.
*Swamm. bibl. t.* 37. *f.* 6.
—— *quart. t.* 13. *f.* 6.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 29. *f.* 1.
—— *t.* 10. *f.* 7.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 4.
*Wilk. pap.* 49. *t.* 2. *a.* 2.
*Schæff. icon. t.* 40. *f.* 3. 4.
—— *t.* 140. *f.* 4. 5.
*Sepp. inſ.* 2. *p.* 1. *t.* 1.
*Eſp. t.* 3. *f.* 1. & *non* 2. ut errore citatur in ſpec. *D. F.*
*Fab.* 162.
*Faun. Fridr.* 305.

---

Danaorum Candidorum *nomina a filiabus Danai Ægypti*, Feſtivorum *a filiis mutuatus ſum.*

*Holl. inſ. t.* 2. *f.* 10.
*Pap.* d'Eur. *t.* 49. *f.* 102.
*Hab. in* braſſica Europæ, Chinæ; etiam in tropæolo.
*Deſc. Alæ* ſupra albæ, *primorum* apicibus nigris; ſubtus cineraſcentes; *ſecundariarum* margine exteriore baſeos flavo. *Mas* maculis tribus nigris in *primore* prona ala; in *ſecundaria* prona vero unica. Fœmina in prona parte nullam maculam nigram gerit, excepto apice alæ. *Faun.* 1035.
*Obſ. Larva* ſolitaria cinerea, nigro punctata, lineiſque tribus ſulphureis, cauda nigra. *Puppa* pallide vireſcens, lineis tribus flavis ſegmentiſque tribus globoſis. *Fab.*

Rapæ. 8. P. C. (de la rave) alis integerrimis rotundatis, primoribus maculis duabus apicibuſque nigris, minor. *
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 69. *n.* 41.
*Scop. carn.* 451.
*Mouff. inſ.* 971. *f.* 9. 10.
*Gæd. inſ.* 1. *t.* 27.
*Liſt. gæd.* 22. *f.* 8.
*Blank inſ. t.* 5. *f. A.–D.*
*Merian. Eur.* 2. *t.* 39.
*Raj. inſ.* 114. *n.* 1. 2. 3.
—— 347. *n.* 20.
*Robert. icon. t.* 6.
*Pet. gaz. t.* 64. *f.* 4. & 49. *f.* 11.
*Alb. inſ. t.* 51. *f. C.–F.*
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 29. *f.* 7. 8.
—— 2. *t.* 2. *f.* 3.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 5.
*Wilk. pap.* 50. *t.* 2. *a.* 3.
*Ammiral. t.* 16.

---

*Papiliones braſſicæ, rapæ, napi, &c. notantur in alis primoribus macula nigra: mares tantum ſubtus, fœminæ vero utrinque.*

*Fab.* 162.
*Faun. Fridr.* 305.
*Eſp. t.* 3. *f.* 2.
*Sepp. inſ.* 2. *p.* 1. *t.* 1.
*Fueſl. inſ. n.* 549.
*Pap.* d'Eur. *t.* 49. *f.* 103. – *t.* 77. *f.* 104.
*An omnes?*
*Hab. in* braſſicis, tropæolo.
*Deſc.* Simillimus præcedenti, ſed dimidio minor. *Alæ primores* ſupra apice cinereæ & in fœmina maculis duabus nigris.
Larva viridis, a priore diverſiſſima, licet utriuſque papiliones inter ſe ſimiles, ut, demta magnitudine, vix adeo diſtingui queant. *Faun.* 1036.
*Obſ. Larva* viridis, linea dorſali ænea lateribuſque æneo punctatis. *Puppa* gibba, vireſcens, lineis tribus ſulphureis. *Fab.*

Napi. 9. P. C. (du navet) alis integerrimis rotundatis albis, ſubtus venis dilatato-vireſcentibus. *
*Scop. carn.* 453.
*Raj. inſ.* 114. *n.* 4.
*Pet. gaz. t.* 62. *f.* 4.
*Merian. Eur.* 2. *t.* 39.
*Alb. inſ. t.* 52. *f. F. G.*
*Wilk. pap.* 50. *t.* 2. *a.* 4.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 70. *n.* 42.
*Pap.* d'Eur. *t.* 50. *f.* 104.
*Faun. Fridr.* 307.
*Eſp. t.* 3. *f.* 3. *t.* 64. *cont.* 14. *f.* 3. 4. 5.
*Fab.* 163.
*Hab. in* braſſica & affinibus Europæ, Chinæ.
*Deſc.* Simillimus præcedenti, at ſubtus venis dilatatis obſcurioribus. *Fœmina* in alis anterioribus bimaculata. *Faun.* 1037.

*Obſ.* Chinenſis noſtrate duplo major & margo exterior magis niger.

Sinapis. 10. P. C. ( de la moutarde ) alis integerrimis rotundatis albis immaculatis, apicibus fuſceſcentibus. *
*Scop. carn.* 452.
*Eſp. t.* 3. *f.* 4.
*Pap.* d'Eur. *t.* 5. *f.* 104.
*Fab.* 164.
*Fueſl. inſ.* 549.
*De Geer tom.* 2. *p.* 183. *t.* 1. *f.* 1.
*Sepp. inſ. t.* 1.
*Bergſtr. Nomencl.* 2. *t.* 19. *f.* 5. 6. 7.
*Faun. Fridr.* 308.
*Hab. in* braſſica & affinibus.
*Obſ.* Color apicis alæ anticæ ſexu variat.
*Deſc.* Simillimus præcedentibus. *Alæ primores* apice macula fuſca ſubrotunda. *Faün.* 1038.

Daplidice. 11. P. C. ( le daplidice ) alis integris rotundatis albis margine fuſcis, ſubtus luteo-griſeis albo maculatis.
*Pet. gaz. t.* 1. *f.* 7.
*Raj. inſ.* 116. *n.* 10.
*Schæff. icon. t.* 79. *f.* 2. 3.
*Eſp. t.* 3. *f.* 1. *t.* 90. *cont.* 40. *f.* 1.
*Pap.* d'Eur. *t.* 50. *f.* 106.
*Pallas ſpic faſc.* 9. *t.*2.
*Fueſl.* 551.
*Seb. muſ.* 4. *t.* 23. *f.* 11. 12. 15. 16.
*Fab.* 174.
*Cram. inſ.* 15. *t.* 171. *f. C. D.*
*Hab. in* Europa Auſtrali & Africa. A Lugduno ad Maſſiliam frequens. V.
*Obſ.* Variat hic pap. magnitudine; variat macula ſolitaria alarum anticarum, quæ nigra albo in medio variegata aut nigra, nec ſexus varietas. V.

Statura *pap. cardamines.* Alæ primores *concolores albæ: maculæ duæ fuſcæ in diſco utrinque fœminæ, at mari una ſupra; apices fuſci maculis albis nonnullis ſparſis; ſubtus concolores, ſed loco nigredinis vireſcentes.* Poſticæ *ſupra mari albæ immaculatæ; fœminæ limbo fuſceſcente & albo maculato.* Subtus *albæ, vireſcente maculatæ.*

Cardamines. 12. P. C. (du creſſon) alis integerrimis rotundatis albis, primoribus medio fulvis, poſticis ſubtus viridi nebuloſis. *

*Scop. carn.* 454.
*Faun. ſuec.* 1. *n.* 801. pap. aurora.
*Mouff. inſ.* 106. *f.* 2. 3. 4.
*Jonſt. inſ. t.* 5.
*Raj. inſ.* 115. *n.* 6. 7. 10.
*Pet. muſ.* 33. *n.* 305. 306.
*Merian. Eur. t.* 181.
*Edw. av. t.* 125.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 8.
*Robert. icon. t.* 21.
*Valent. herb. t.* 183.
*Wilk. pap.* 2. *p.* 50. *t.* 2. *a.* 5.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 71. *n.* 44.
*Schæff. elem. t.* 94. *f.* 8.
—— *icon. t.* 91. *f.* 1. 2. *maſ.* 3. *fœmina.*
*Faun. Fridr.* 308.
*Eſp. t.* 4. *f.* 1.
—— *t.* 27. *f.* 2. *fœmina.*
*Pap.* d'Eur. *t.* 51. *f.* 107.
*Fueſl. inſ.* 552.
*Seligm. av.* 5. *t.* 20.
*Huffn. icon. t.* 9. *f.* 1.
*Fab.* 179.

*Hab. in* cardamine, braſſica campeſtri, thlaſpi. Sexus alter caret macula fulva in alis primoribus.

*Obſ.* 1. *Larva* ſolitaria, ſupra vireſcens,

infra albicans. *Puppa* viridis, linea utrinque lateralis alba, thorace conico adſcendente. *Fab.*

*Deſc. Antennæ* clavatæ, exalbidæ. *Alæ* albæ, ſed *primores* extus apice fuſcæ, ſubtus flavo-cinereæ cum macula ſ. puncto lunulato fuſco in medio alæ utriuſque paginæ. *Alæ ſecundariæ* ſubtus viridi-nebuloſæ, ſupra albæ, verſus baſin fuſcæ. *Oculi* vireſcentes, maculati. *Mas* in ala ſuperiore, ejuſque in medio a pagina exteriore, macula lata crocea diſtinctus. *Faun.* 1039.

*Obſ.* 2. Varietas maris inſignis in *noſt. muſ.* macula crocea ſub alarum anticarum pagina inferiore, inde primo intuitu fœminæ ſimilis. V.

Eupheno. 13. P. C. (l'euphéno) alis integerrimis rotundatiis flavis, primoribus apice (medio fulvo) nigris, poſticis ſubtus lituris fuſcis. *t.* 4. *f.* 3. *larva* 5.

*Eſp. t.* 28. *ſupp.* IV. *f.* 1. *a.* 1. *b.*

*Pap.* d'Eur. *t.* 52. *f.* 108. *a. b. e. f.* 108. C. non fœmina; ſéd error emendatus fuit noſtra obſervatione.

*Müll. Syſt. Nat. tom.* 5. *part.* 1. *p.* 590. *n.* 88.

*Hab.* ibid.

*Obſ.* Belia & eupheno omiſſa in ſpec. *D. F.*

*Simillimus* pap. cardamines, *paullo minor.* Alæ *flaviſſimæ.* Primores *ſupra apice fulvo, cincto nigredine; ſubtus apice fulvo non cincto negredine, ſed flavo communi, cum macula nigra ad baſin.* Secundariæ *utrinque flavæ; ſubtus lituris tribus, fuſceſcentibus, obſoletis, curvis, margine exteriore craſſioribus.*

Belia. 14. P. C. ( eupheno femelle ) alis rotundatis albis, ſubtus flavis griſeſcente ſubfaſciatis. *t.* 4. *f.* 4.
*Pap.* d'Eur. *t.* 77. *f.* 108.
*Eſp. t.* 63. *f.* 2. 3.
*Obſ.* Ab uxore noſtra lectus in copula cum præcedenti.
*Hab. in* Barbaria. *Brander.* In Gallia Auſt. In biſcutella didyma larva reperitur. V.
*Deſc.* Simillimus pap. cardamines fœminæ, ſed minor. *Corpore* ſubtus flavo. *Alæ primores* concolores albæ, lanula fuſca, apiceque luteſcentes. *Poſticæ* ſupra albæ immaculatæ; ſubtus flaviſſimæ lituris aliquot tranſverſis griſeis.

Palæno. 15. P. C. ( le paléno ) alis integerrimis rotundatis flavis, apice nigris margineque fulvis, poſticis ſubtus puncto argenteo. *
*Uddm. diſſ.* 56. pap. hexapus, alis rotundatis albis, ocello parvo fuſco oblongo, apicibus fuſcis.
*Eſp. t.* 4. *f.* 2.
*Schæff. icon. t.* 149. *f.* 4. 5.
*Fueſl. inſ.* 553.
*Müll. Syſt. Nat. tom.* 5. *p.* 553.
*Fab.* 210.
*Geoff.* le ſouci *varietas C.*
*Pap* d'Eur. *t.* 54. *f.* 112. – *t.* 79. *f.* 112.
*Hab. in* Europæ pteride aquilina.
*Affinis* nimium hyales.
*Deſc. Antennæ* & *pedes* rubri. *Alæ* flaveſcentes aut albæ, marginibus exterioribus rubris. *Primores* apice ſupra late nigræ, diſco utrinque puncto nigro. *Poſticæ* ſubtus cineraſcentes, in medio puncto argenteo lunato, imprimis in ſuperioribus : baſis alarum inferiorum ſubtus rubra. *Faun.* 1041.

Hyale. 16. P. C. ( l'hyale ) alis integerrimis rotundatis flavis, poſticis macula fulva, ſubtus puncto ſeſquialtero argenteo. *
*Scop. carn.* 455.
*Pet. gaz. t.* 14. *f.* 11.
*Raj. inſ.* 112. *n.* 6.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 75. *n.* 48.
*Edw. av.* 304. *f.* 1. 2.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 46. *f.* 4. 5.
*Bergſtr. Nomencl.* 2. *t.* 16. *f.* 3. 4.
*Schæff. elem. t.* 94. *f.* 7.
—— *icon. t.* 149. *f.* 1. 2.
*Fueſl. inſ.* 554.
*Seb. muſ.* 4. *t.* 61. *f.* 1.-5.
*Pap.* d'Eur *t.* 54. *f.* 111. *t.* 178. *f.* 111.
*Fab.* 211.
*Cram. inſ.* 2. *t.* 14. *f. F. G.*
*Eſp. t.* 4. *f.* 3. *t.* 26. *ſupp.* 2. *f.* 3. *Fœmina cont.* 16. *var.*
*Hab. in* Europa, Africa, America Septentrionali.
*Deſc.* Simillimus palænoni, ſed alæ magis flavæ. *Alæ primores* flavæ, apice nigræ, nigredine faſcia quaſi lutea in duas partes diſſecta. *Secundariæ* ſupra in medio puncto ſ. macula ferruginea, cui ſubtus oppoſita puncta duo argentea approximata, annulo ferrugineo cincta; altero puncto valde parvo. *Antennæ* & margo ciliaris alarum, rubra. *Faun.* 1040.

Cleopatra. 17. P. C. ( la cléopatre ) alis integerrimis angulatis flavis, primoribus ſupra diſco fulvo, reliquis puncto ferrugineo. *t.* 4. *f.* 6.
*Fab.* 225.
*Eſp. t.* 48. *ſupp.* 24. *f.* 1.
*Pap.* d'Eur. *t.* 53. *f.* 110. *f.*
*Müll. Syſt. Nat. t.* 5. *p.* 594.

*Seb. muſ.* 4. *t.* 26. *f.* 7. 8.
*Cram. inſ.* 11. *t.* 131. *f.* 8.
*Hab. in* Barbaria. *Brander.* In Luſitania *Gray.* In Gallia Auſt. V.
*Obſ.* An ſpecies? Sequentis an varietas? *Simillimus pap. rhamni.* Antennæ *ſupra rubræ.* Palpi *rubri.* Alæ *flavæ.* Primores *ſupra diſco fulvo*, *abſque puncto centrali.* Subtus *puncto centrali & marginis craſſioris punctis* 4 *ferrugineis.* Poſticæ *angulatæ*, *puncto centrali ſupra fulvo*, *ſubtus ferrugineo.*

Rhamni. 18. P. C. (du nerpun) alis integerrimis angulatis flavis, ſingulis puncto flavo, ſubtus ferrugineo.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 74. *n.* 47.
*Scop. carn.* 456.
*Mouff. inſ.* 198. *t.* 193. *f.* 1.
*Jonſt. inſ. t.* 5. 6.
*Raj. inſ.* 112. *n.* 4.
*De Geer tom.* 1. *p.* 132. *t.* 15. *f.* 1.-9. *tom.* 2. *p.* 182.
*Robert. icon. t.* 13.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 46. *f.* 1. 2. 3.
*Alb. inſ. t.* 2. *f.* 3.
*Sulz. inſ. t.* 13. *f.* 84.
*Poda inſ.* 65. *t.* 2. *f.* 2.
*Wilk. pap.* 48. *t.* 1. *a.* 2.
*Fab.* 220.
*Pap.* d'Eur. *t.* 53. *f.* 111.
*Eſp. t.* 4. *f.* 4.
*Fueſl. inſ. n.* 555.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 15. *f.* 5.-8.
*Schæff. elem. t.* 94. *f.* 7.
—— *icon. t.* 35. *f.* 1.-3.
*Faun. Fridr.* 310.
*Hab. in* rhamno Europæ, Africæ.
*Obſ.* Larva lævis, viridis linea dorſali obſcuriore

obſcuriore. *Puppa* gibboſa, antice acuminata. *Fab.*

*Deſc. Antennæ* ferrugineæ. *Alæ* flavæ, puncto in ſingulæ alæ medio utrinque ferrugineo, & ad marginem *alarum primorum* anteriorem puncta minutiſſima ferruginea. *Alarum ſecundariarum* apex acutus; diſcus utrinque puncto ferrugineo. *Pedes* albidi. *Faun.* 1042.

*Ex opere D. Eſp.*

Europome. 19. P. C. (Europome) alis integerrimis rotundatis flaveſcentibus, ſupra fimbria latiſſima fuſca, ſubtus dilute viridi, ſingulis utrinque puncto latiori.

*Hab. in* Europa. In Gallia rarior pap. 15 & 16 quorum forte varietas. V.

Phicomone. 20. P. C. (Phicomone) alis integerrimis rotundatis flaveſcentibus atomiſque nigris omnibus rubro fimbriatis; ſuperioribus faſcia maculari in limbo nigro: inferioribus nigricantibus, limbo flaveſcenti-fuſco marginato; ſupra macula pallida, ſubtus puncto argenteo.

*Pap.* d'Eur. *t.* 89. *f.* 112. *bis.*

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Obſ.* In *pap. Eur.* citat. *t.* 65. *D. Eſp.* in qua reperiuntur duo pap. *D. C.* myrmidone *f.* 1. chryſotheme *f.* 2. *icon.* non vidi. *Pap. d'Eur. t.* 78. *f.* 111. *bis*, 111. *tert.*

Myrmidone. 21. P. C. (Myrmidone) alis integerrimis rotundatis fulvis, cæruleſcenti micantibus, limbo tenuiori fuſco; ſubtus puncto ſeſquialtero argenteo. *t.* 65. *cont.* 15. *f.* 12.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

Aurora. 22. P. C. ( Aurore ) alis integerrimis rotundatis, fulvo coruſcis, ſubtus puncto ſeſquialtero argenteo. *t.* 83. *cont.* 33. *f.* 3.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. non frequens. An ſpecies? V.

Raſani. 23. P. C. ( du radis ) alis integris rotundatis, albis, apice fuſco maculatis, inferioribus ſubtus maculis flavis. *t.* 84. *cont.* 34. *f.* 4.
*Hab. in* Europa. In Gallia. V.

Belia. 24. P. C. ( Bélia ) alis integerrimis rotundatis albis, primoribus, macula apiceque fuſco, inferioribus ſubtus viridibus, maculis & punctis albo flavoque variis ſaturatius inductis. *t.* 92. *cont.* 42. *f.* 1.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Obſ.* Forſan pap. daplidice mera varietas. V.

***** DANAI *Feſtivi.*

Hyperanthus. 25. P. F. ( Hypérante ) alis integerrimis fuſcis, ſubtus primoribus ocellis tribus, poſticis duobus tribuſque. * *t.* 4. *f.* 7.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 47. *n.* 14.
*Scop. carn.* 434. papilio polymeda.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 313.
*Raj. inſ.* 129. *n.* 7.
*Ammiral. t.* 30.
*Eſp. t.* 5. *f.* 1. *var. t.* 57. *f.* 2. 3. 4.

---

Nomina Trivalia *a plantis, e quibus vitam hauriunt, quaſque conſumunt minuuntque, deſumta, ubi obtinenda, primaria ſunt in omnibus inſectis, reliquis omnibus anteponenda, ideoque etiam ſollicite indaganda, ut in politia naturæ aucto fœdere jungantur Flora & Fauna. Cum vero de his in paucis conſtet, parvi refert unde ſuccedanea deſumantur, ubi non definiunt.*

*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 16. *f.* 7. 8.
—— *t.* 17. *f.* 5. 6. 7.
*Faun. Fridr.* 311.
*Naturf.* 8. *t.* 3. *f. D.*
*Harr. inſ. t.* 35. *f. h. k.*
*Sepp. inſ.* 1. *t.* 4.
*Fab.* 289.
*Pap.* d'Eur. *t.* 27. *n.* 52. *a.*
*De Geer tom.* 2. *part.* 1. *p.* 211. *n.* 2.
*Schæff. icon. t.* 127. *f.* 1. 2.
*Hab. in* gramine Europæ.
*Deſc. Alæ* concolores, fuſcæ, margine albido. *Primores* ſupra punctis 2 nigris, vix ocellatis: *ſubtus* ocellis 3, poſtico minore. *Secundariæ ſupra* punctis 2; *ſubtus* ocellis 2 approximatis, anterioribus & 3 poſterioribus diſtinctis. *Faun.* 1043.
*Obſ.* Variat alis ſupra ocellatis & immaculatis. Larva ſolitaria, piloſa, nigra.

*Ex opere D. Eſper.*

Clytus. 26. P. F. (Clyte) alis integerrimis fuſcis, primoribus faſcia flava ocelloque ſubtripupillato, poſticis ocellis quinque.
*Fab. P. N. G.* 6. 360.
*Naturf.* 6. 18. *t.* 1. *f.* 1. 2.
*Eſp. t.* 66. *cont.* 16. *f.* 2. 3. 4.
*Müll. Lin. Nat. cl.* V. *p.* 598.
*Pap.* d'Eur. *t.* 25. *n.* 46.
*Cram. t.* 86. *f. C. D.*
*Hab.* ad Cap. B. Spei & in Germaniæ graminoſis.
*Deſc. Corpus* tertiæ magnitudinis, nigrum. *Pedes* quatuor perfecti. Alæ *primores ſupra* concolores, fuceſcentes. *Faſcia* arcuata flava, ſubinterrupta maculis. *Ocellus* didymus, niger pupillis toti-

dem cæruleis, cum tertio adnato poſtico ocello minutuſſimo, annulo flavo cincto. *Poſticæ ſupra* fuſcæ. *Ocelli* ante marginem poſticum quinque nigri, iride ferruginea, pupilla cæruleſcente; horum ultimus minor eſt. *Subtus* fuſcæ, ſtrigis tribus atris undulatis. *Ocelli* quinque, ut ſupra, griſei, annulo nigro cincti papillaque nigra centro cæruleſcente. *Ocelli* duo inæquales connati, obſoletiores paullo remoti a reliquis ad marginem interiorem.

*Obſ.* Ex his ſequitur hunc pap. deſcriptum fuiſſe a plurimis Entomologis, licet in operibus recentioribus contrarium legatur. V.

Tyndarus. 27. P. F. ( Tyndare ) alis integris rotundatis fuſcis, ſuperioribus ocellis duobus approximatis, inferioribus ſubtus cineraſcentibus, ſtriga in medio fuſca dentata. *t.* 67. *cont.* 17. *f.* 1.
*Hab. in* Europa.

Caſtor. 28. P. F. ( Caſtor ) alis integris rotundatis fuſcis, ſuperioribus faſcia obſoleta fulveſcens, punctis in apice duabus nigris approximatis; inferioribus ſubtus cinereis, ſtrigis duabus flexuoſis albo inductis. *t.* 67. *cont.* 17. *f.* 2.
*Hab. in* Europa.

Pollux. 29. P. F. ( Pollux ) alis integris rotundatis fuſcis, ſuperioribus ſupra faſcia obſolete fulveſcens, punctis quatuor nigris; inferioribus ſubtus griſeſcentibus. *t.* 67. *cont.* 17. *f.* 3.
*Hab. in* Europa.

****** NYMPHALES. *Gemmati.*

Io. 30. P. G. (Io) alis angulato-dentatis fulvis nigro-maculatis, ſingulis ſubtus ocello cæruleo. *

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 36. *n.* 2.
*Scop. carn.* 423.
*Faun. ſuec.* 1. *n.* 776. oculus pavonis.
*Mouff. inſ.* 968. *t.* 99. *f. inf.*
*Jonſt. inſ.* 40. *t.* 5.
*Hæffn. pict. t.* 12. *f.* 9.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 314.
*Valent. herb. t.* 57.
*Raj. inſ.* 122. *n.* 14.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 1.
*Liſt. Gœd. f.* 1.
*Merian. Eur.* 1. *t.* 26.
*Alb. inſ. t.* 3. *f.* 4.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 25. *f.* 1. 2.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 3.
*Wilk. pap.* 55. *t.* 3. *a.* 2.
*Fab.* 309.
*Eſp. t.* 5. *f.* 2.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 12. *f.* 6. 7.
*Schæff. icon. t.* 94. *f.* 1.
*Pap.* d'Eur. *t.* 2. *f. omnes.*
*Müll. Syſt. ſp.* 131.
*Fueſl. inſ. Helv.* 537.
*Bibl. reg. pariſ. p.* 27. *f.* 5.
*Faun. Fridr.* 313.
*Hab. in* urtica dioica, humulo. Frequentiſſimus Upſaliæ 1757.
*Obſ. Larva* gregaria, ſpinoſa, atra, albo punctata, pedibus poſticis ferrugineis. *Puppa* decemdentata, viridis, aureo punctata, poſtice bifida. *Fab.*
*Deſc. Alæ ſupra* purpuraſcentes. *Primores* antice nigræ cum litura flava & ocello majore flavo-cæruleſcente, punctis 2 albis. *Secundariæ* ocello majuſculo

nigro-cæruleſcente. *Subtus* omnes atro-nebuloſæ. *Primores* punctis 6 obſoletis, albidis verſus marginem exteriorem. *Secundariæ* puncto pallido in medio. *Faun.* 1048.

Fidia. 31. P. G. (Fidia) alis dentatis, ſupra fuſcis cæruleo micantibus, primoribus ocellis duobus duobuſque punctis albis *t.* 4. *f.* 8.

*Fab.* 317.

*Eſp. t.* 26. *ſuppl.* 25. *f.* 2.

*Naturf.* 6. *p.* 13. 14.

*Pap.* d'Eur. *t.* 21. *n.* 37.

*Hab. in* Barbaria. In Gallia Auſt. Frequens prope Nemauſum in loco, vulgo *bois des chanoines*. Stat ſupra lapides, alis perpendicularibus lineæ horizontali.

*Hab. in* Germania. *D. Schreber.*

*Obſ.* Icon. *D. Eſp.* optima. V.

Corpus *magnitudine pap. populi.* Alæ ſupra *omnes nigræ cæruleo micantes; ocelli ad marginem exteriorem, inter quos puncta* 2 *alba.* Subtus *cinereæ undis duabus albis nigro inductis.* Primores *ocellis* 2 *& punctis albis, ut ſupra; poſticæ poſterius punctis* 2 *albis &* 1 *nigro, quæ interdum ſupra etiam obſervantur.*

Briſeis. 32. P. G. (Briſeis) alis ſubdentatis ſupra fuſcis viridi-micantibus, primoribus ocellis duobus, ſubtus nigro bimaculatis. *

*Fab.* 339.

*Eſp. t.* 26. *f.* 2.

*Schæff. icon. t.* 277. *f.* 1. 2.-*t.* 274. *f.* 5. 6.

*Pap.* d'Eur. *t.* 21. *f.* 36.

*Naturf.* 10. *t.* 2. *f.* 3. 4.

*Hab. in* Germania. *D. Schreber.*

*Deſc. Corpus* ſimile pap. Semele. *Antennæ*

clava ſubrotunda. *Alæ ſupra* primores fuſcæ ex viridi ad oculi ſitum varium micantes. Margo anticus albus. Faſcia quaſi e lituris 7, pallidis. Ocelli duo, nigri, pupilla pallida, altero in litura prima, altero in litura 4ta. *Poſticæ* fuſcæ, umbra ſ. faſcia pallida, obſoleta. *Subtus primores* pallidæ, ſubnebuloſæ. Oculi ut in pagina ſuperiore, ſed poſteriore obſoleto. *Maculæ* duæ, nigricantes, verſus marginem anteriorem. *Poſticæ* nebuloſæ, exterius magis obſcuræ. *Maculæ* duæ quadratæ, nigricantes, verſus baſin ſitæ. *Muſ. Ulr. p.* 2 6.

*Obſ.* Mirum quod *D. Eſp.* erraverit in hac ſpecie; nam deſc. *Linnæi* pap. *janthe minori* omnino convênit,. ut patet ex his verbis peremptoriis, *faſcia quaſi ex lituris ſeptem, oculus in prima, alter in 4ta. maculæque duæ quadratæ nigricantes.* Quid ſentiebam, olim *D. Eſp.* ſcripſeram. An rite conſilium neglexit? V.

Variat. *Ocelli* in pagina ſuperiori interdum deſunt. *Fab.*

Mæra. 33. P. G. (Mæra) alis ſubdentatis fuſcis, utrinque primoribus ſeſquiocello, poſticis ocellis ſupra tribus. *

*Faun. ſuec.* 1. *n.* 785. ſatyrus.

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 50.

*Scop. carn.* 431.

*Mouff. inſ.* 972. *t.* 104. *f.* 10.

*Aldr. inſ. t.* 244. *f.* 12.

*Jonſt. inſ. t.* 58. *f.* 6.

*Pet. muſ.* 34. *n.* 312.

*Raj. inſ.* 123. *n.* 15.

*Robert. icon. t.* 15. *f.* 2.

*Merian. Eur.* 1. *t.* 27. *f.* 16. 17.

*Wilk. pap.* 53. *t.* 2. *b.* 3.

*Ammiral. t.* 5.
*Eſp. t.* 6. *f.* 2. *t.* 68. *cont.* 18. *f.* 1. 2.
*De Geer inſ.* 2. *tom.* 2. *f.* 1. 2.
*Fab.* 319.
*Naturf.* 8. *t.* 3. *f. A. B.* at paullo major.
*Seb. muſ.* 4. *t.* 3. *f.* 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 26. *n.* 50.
*Schæff. icon. t.* 58. *f.* 2. 3.
*Faun. Fridr.* 314.
*Hab. in* gramine ſylvarum.
*Obſ. Larva* ſubvilloſa, vireſcens, cauda bidentata. Puppa vireſcens, obtuſe bifida, lateribus echinatis. *Fab.*
*Deſc. Alæ* rotundatæ, integerrimæ, omnes ſupra fuſcæ, ocellis nigris, pupilla alba & margine extimo rufo notatæ: horum ocellorum unicus ſupra alas in alis primoribus: tres minores vero ſupra in ſecundariis alis; alæ etiam primores plicatæ ſunt ſtriis profundis; at alæ ſubtus, licet fuſcæ ſint, primores tamen obſcurioribus lineis undulatæ & ſingulæ notatæ ocello glauco, in medio nigro, pupilla alba: juxta hunc ocellum verſus angulum alæ ocellus minimus glaucus pupilla alba. *Alæ ſecundariæ* fuſcæ, cano undulatæ, ſingulæ ocellis 7 notatæ, quorum pupilla nigra in medio alba circulo duplici glauco circumdata; horum ocellorum duo abdomine proximi in unum coaliti ſunt. *Faun.* 1049.

Megera. 34. P. G. (Mégere) alis ſubdentatis luteis fuſco faſciatis, utrinque primoribus ſeſquiocello, poſticis ſupra quinis.
*Schæff. icon. t.* 148. *f.* 3. 4.
*Fab.* 321.
*Harr. inſ. t.* 27. *f. e. f. g.*
*Eſp. tom,* 6. *f.* 3. *t.* 68. *cont.* 18. *f.* 3. 4.

*Pap.* d'Eur. *t.* 26. 51.
*Hollar. inſ. t.* 1. *f.* 3.
*Wilk. pap.* 53. *t.* 2. *b.* 3.
*Ammiral t.* 5.
*Hab. in* Auſtria *Jacquin.* In Dania *Fab.* In Gallia Auſt. frequens. V.
*Obſ.* 1. *Larva* villoſa, bicaudata. *Fab.*
*Obſ.* 2. Pap. Megeram & Mæram confuderunt aliqui deſcriptores. V.
*Similis* pap. Mæræ, *ſed* alæ *ſupra luteæ fuſco faſciatæ, nec totæ fuſcæ.* Primores *ad apicem utrinque ſimiliter ocello, cum adjacente minuto, ſupra obſoleto.* Poſticæ *ſupra luteſcentes, ocellis quinque, primo cæco, ultimo didymo.* Subtus *cinereæ, griſeo undulatæ ocellis 6, poſtremo didymo. Margo poſticarum vix manifeſte dentatus.*

Ægeria. 35. P. G. ( Égérie ) alis dentatis fuſcis luteo maculatis, utrinque primoribus ocello, poſticis ſupra tribus.
*Raj. inſ.* 128. *n.* 5.,
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 27. *f.* 16. 17.
*Rœſ. inſ.* 4. *t.* 33. *b.* 3. 4.
*Wilk pap.* 53. *t.* 2. *b.* 4.
*Edw. av. t.* 178.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 48 *n.* 16.
*Scop. carn.* 432. papilio Ægeria.
*Eſp. t.* 7. *f.* 1.
*Sepp. pap. t.* 7. *f.* 1.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 22. *f.* 6. 7.
*Schæff. icon. t.* 75. *f.* 1. 2.
*Seligm. av. B. t.* 73.
*Fab.* 325.
*Müll. Syſt. Nat. t.* 5. *ſp.* 143.
*Pap.* d'Eur. *t.* 25. *n.* 49.
*Harr. inſ. t.* 41. *f. h. i. k.*
*Hab. in* Europæ & Algeriæ gramine.
*Obſ.* Larva viridis, albo lineata, cauda

ſpinoſa. *Puppa* brevis, obeſa, viridis. *Fab.*

*Similis* pap. Megeræ, *ſed* alæ *ſupra fuſcæ, luteo maculatæ, nec faſciatæ; poſticæ evidenter dentatæ.* Primoribus *ocellus unicus utrinque.* Poſticis ſupra *ocelli tres, primo cæco;* ſubtus *loco ocellorum puncta* 4 *alba, primo remotiſſimo.*

Ligea. 36. P. G. (Alexis) alis ſubdentatis fuſcis faſcia rufa, utrinque primoribus ocellis quatuor, poſticis tribus. *

*Faun ſuec.* 1. *n.* 787. Alexis.

*Alb. inſ. t.* 5. *f.* 1.

*De Geer tom.* 2. *p.* 210. *t.* 2. *f.* 7. 8.

*Fab.* 347.

*Eſp. t.* 7. *f.* 2.

*Schæff. icon. t.* 183. *f.* 2. 3.

*Naturf.* 8. *t.* 3. *f.* 6?

*Pap.* d'Eur. *t.* 23. *n.* 47.

*Hab. in* Europæ ſylvis. Frequens in montibus Galliæ Auſt. V.

*Deſc. Alæ* ſupra fuſcæ, ſubtus dilutius fuſcæ. *Primores* infra & ſupra faſcia rufa tranſverſa, ocellis 4 nigris, margine maculis 5 albis. *Secundariæ* ſupra & infra ocellis 3 nigris rufo cinctis: ſubtus minoribus & duabus inſuper maculis 2 lacteis. *Antennæ* nigræ, ſubtus albæ. *Faun.* 1050.

*Obſ.* Variat hic papilio. Inde pro ſpeciebus ſæpe dantur varietates; caret enim ſæpe maculis lacteis. V.

Tithonius. 37. P. G. (Titon) alis ſubdentatis concoloribus diſco luteis, primoribus ocello bipupillato, poſticis punctis 2 albis. *Linn. Mant.* 1. 537.

*Fab.* 355.

*Sepp. inſ.* 21. *t.* 9. *f.* 1.

*Eſp. t.* 9. *f.* 1. ſed non phæd. *Linn.*
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 18. *f.* 5. 6. 7. 8. 9.
*Naturf.* 3. *t.* 2. *f. a. b. c.*
*Geoff. tom.* 2. *p.* 52. *n.* 20.
*Pap.* d'Eur. *t.* 27. *f.* 52.
*Fueſl. inſ. Helv.* 603.
*Hab. in* plantagine, piloſella, Germaniæ. In Gallia.
*Obſ.* Larva vireſcens, albo lineata, capite fuſco. *Fab.*

Galathea. 38. P. G. (Galathée) alis dentatis albo nigroque variis, ſubtus primoribus ocello unico, poſticis quinque obſoletis.
*Scop. carn.* 427.
*Pet. muſ.* 3. *n.* 3. *t.* 1. *f.* 3.
*Wilk p.* 52. *t.* 2. *b.* 1.
*Raj. inſ.* 116. *n.* 9.
*Rœſ. inſ.* 5. *app.* 1. *t.* 37. *f.* 1. 2.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 74. *n.* 46.
*Eſp. t.* 7. *f.* 3. *t.* 25. *ſuppl.* 1. *fœmina.*
*Fab.* 349.
*Schæff. icon. t.* 198. *f.* 7. 8. 9.
*Harr. aurel. t.* 11. *f. k. l.*
*Pap.* d'Eur. *t.* 30. *n.* 60.
*Fueſl. inſ. Helv.* 562.
*Müll. ſyſt. Nat. t.* 5. *p.* 604.
*Hab. in* gramine Germaniæ & Auſtralioris Europæ.
*Obſ.* Larva viridis, capite ſpiniſque duabus caudalibus carneis. *Puppa* nuda, gibba, maculata.
Variat colore luteſcente albido.
*Statura pap. rapæ.* Alæ *dentatæ*, *ſupra albo nigroque varie maculatæ*, *ſubtus concolores*, *ſed pallidiores.* Ocelli, *in pagina inferiore tantum*, *obſoleti:* primoribus *verſus angulum exteriorem* 1;

poſticis 2 & 3 : *horum ano proximus duplicatus.* Antennæ *apice ſubtus rufæ.*

Semele. 39. P. G. (Semelé) alis dentatis fulvo nigroque nebuloſis, primoribus utrinque ocellis duobus, poſticis ſupra unico.

*Faun. ſuec.* 1. *n.* 784. Faunus.
*Hæſſn. inſ.* 2. *t.* 8.
*Pet. gaz. t.* 14. *f.* 9.
*Raj. inſ.* 128. *n.* 6.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 16. *n.* 13.
*Eſp. t.* 8. *f.* 1.
*Sulz. inſ. t.* 17. *f.* 5. 6.
*Fab.* 341.
*Pap.* d'Eur. *t.* 22. *n.* 38.
*Hab. in* Europæ ſylvis.
*Deſc. Alæ* ſupra fuſcæ ſunt cum faſciis obſolete flavis. *Alæ primariæ* ſubtus flavæ, verſus margines nebuloſæ. *Alæ ſecundariæ* ſubtus albo & nigro nebuloſæ ſunt. Ocelli duo nigri puncto albo in majoribus alis utrinque ; in ſecundariis ſupra ocellus cæcus verſus angulum ani. *Faun.* 1051.
*Obſ.* Clar. *Linnæus n.* 13. *D. Geoff.* indicavit, ſed nullo jure : ex propria deſc. faſciæ luteæ in alis pap. Semelé, facia alba in pap. *Silene.* V.
*Obſ.* A plurimis Entomologis deſcriptus fuit hic pap. e. g. in ſyſtemate & in opere *D. Eſp.* &c. V.

Hermione. 40. P. G. (Hermione) alis dentatis fuſcis faſcia pallida, primoribus ocello, poſticis ſupra puncto. *

*Scop. carn.* 428. papilio fagi.
*Pet. gaz.* 12. *t.* 7. *f.* 5.
*Roeſ. inſ.* 3. *p.* 27. *t.* 34. *f.* 5. 6.
*Schæff. icon. t.* 274. *f.* 5. 6.

—— *t.* 277. *f.* 1. 2.
*Eſp. t.* 8. *f.* 2. *t.* 70. *cont.* 20. *f.* 4.
*Geoff. t.* 2. *p.* 46. *n.* 13.
*Fab.* 341.
*Pap.* d'Eur. *t.* 20. *f.* 34. *a.*
*Hab. in* Germania, Luſitania. In Gallia.
*Deſc. Alæ* primores ſupra fuſcæ. *Faſcia* pallide flaveſcens, in exteriori ala. *Ocellus* vel nullus vel unicus in anteriore faſciæ parte, obſoletus & punctum in ejuſdem poſteriore parte fuſcum, ſubtus fuſceſcentes. *Faſcia* ſuperiori oppoſita, magis flava. *Ocellus* niger, pupilla alba, in anteriore faſciæ parte. *Poſticæ* ſupra fuſcæ, dentatæ. *Faſcia* pallida, flaveſcens, continuata a primorum faſcia. Punctum nigrum centro albo, pone faſciam. *Subtus* fuſco nebuloſæ. *Faſcia* lata, alba, ſubnebuloſa atomis fuſcis. *Punctum* nigrum centro albo, pone faſciam, uti ſupra, ſed in omnibus individuis non conſpicuum. *Muſ. Ulr.* 281.
*Obſ.* Forte ad hanc ſpeciem referendus pap. *Alexis D. Eſp. t.* 44. *ſuppl.* 20. *varietaſque t.* 54.

Phædra. 41. P. G. (Phédre) alis dentatis fuſcis concoloribus, primoribus ocellis duobus. *
*Scop. carn.* 429. papilio dryas.
*Sepp. belg.* 1. *p.* 1. *f.* 3. *t.* 3.
*Gron. zooph.* 775.
*Eſp. t.* 40. *f.* 1. 2.
*Fab.* 343.
*Bergſtr. inſ. t.* 10. *f.* 3. 4.
*Schæff. icon.* 210. *f.* 1. 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 23. *f.* 40. *c.*
*Hab. in* Germania. *D. Schreber.* In Gallia a Lugduno ad Maſſiliam. V.

*Deſc.* *Alæ primores* concolores, fuſcæ; exterius ſtriatæ. *Ocelli* duo, diſtantes, nigri pupilla cærulea, anteriore ocello paullo minore. *Poſticæ* concolores, fuſcæ, dentatæ; extrorſum ſtriatæ. *Subtus* paullo magis nebuloſæ verſus poſteriora. Faſcia obſoleta vixque manifeſta, in medio, ex atomis albidis conflata. *Muſ. Ulr.* 280.

*Obſ.* Ut varietas pap. *Briſeis* indicata fuit Phædra a *D. Eſp.* ſed vera ſpecies eſt, uti optime obſervavit. *D. Fab.* plurimique Entomologi memorarunt. V.

Dejanira. 42. P. G. (Déjanire) alis dentatis fuſcis, primoribus utrinque ocellis quinque, poſticis ſex faſciaque alba repanda. *

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 47. *n.* 15.

*Scop. carn.* 433. papilio Achine.

*Fab.* 336.

*Eſp. t.* 9. *f.* 1.

*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 37. *f.* 6. 7.

*Schæff. icon. t.* 254. *f.* 1. 2.

*Pap.* d'Eur. *t.* 25. *f.* 48.

*Hab. in* rhamno Alpino Germaniæ. *D. Schreber.* In Gallia.

*Deſc.* *Antennæ* nigræ, ſubclavatæ, annulis albis numeroſiſſimis, apice ſubferrugineæ. *Palpi* ſupra albi. *Lineola* alba pone oculos. *Alæ* ſupra omnes fuſcæ, ſubdenticulatæ, margine albido. *Ocelli* primoribus quinque, nigri, cæci, iride ferruginea, in ſeriem digeſti, quorum tres anteriores paullo minores. *Ocelli* poſticis ſimiles, etiam quinque, ſed tertio minuto. *Subtus* griſeo-fuſceſcentes litura pallida ante ocellos, in poſticis. *Margo* repandus lineolis duabus, repandis, pallidis. *Ocelli* primoribus quinque ut ſupra, ſed 1. 2.. 5. pupilla ſ. puncto

albo minuto. *Ocelli* poſticis ſex, ſuperioribus oppoſiti & ſimiles, ſed omnes puncto ſ. pupilla alba, at ocellus tertius minutiſſimus & ſextus duplici pupilla. *Muſ. Ulr. p.* 282.

*Variat* numerus oculorum; nam in omnibus noſtris ſpeciminibus oculi quinque in alis poſticis infra. V.

Jurtina. 43. P. G. (Jurtine) alis ſubdentatis fuſcis, primoribus ſupra litura flava, ocello utrinque unico.

*Faun. ſuec.* 1. *n.* 786. Coridon.
*Scop. inſ.* 435.
*Aldr. inſ. t.* 246. *f.* 13.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 309.
*Raj. inſ.* 124. *n.* 16.
*Hæffn. inſ.* 1. *t.* 1. *f.* 1.
*Alb. inſ. t.* 53.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 11. *f.* 1.
*Wilk. pap.* 53. *t.* 2. *p.* 2.
*Roeſ. inſ. app.* 1. *t.* 34. *f.* 7. 8.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 49. *n.* 17.
*Eſp. t.* 10. *f.* 1. mas ſequentis.
*Pap.* d'Eur. *t.* 28. *f.* 54.
*Faun. Fridr.* 316.
*Sepp. inſ.* 1. 29. *t.* 5.
*Harr. inſ. t.* 32. *f. c. d. p.*
*Schæff. icon. t.* 242. *f.* 1. 2.
*Fab.* 359.
*Müll. ſyſt. Nat. t.* 5. *ſp.* 156.

*Hab. in* gramine Europæ, Africæ. *D. Schreber.* In Gallia.

Janiram & jurtinam copula connexas vid. O. F. Muller. vidi & ipſe. V.

*Deſc.* Similis pap. Semeli. *Alæ primores ſupra* ſubfuſcæ area flaveſcente, in qua ocellus niger pupilla alba. *Subtus* concolores, ſed pallidiores & fere flaveſcentes. *Secundariæ ſupra* ſub-

fuſcæ, *ſubtus* caneſcentes cum puncto fuſco. *Faun.* 1052.

*Obſ.* Celeb. *Linn.* memorans copulam hujus pap. & ſequentis emendavit quodam modo ſuum errorem. *Speciem* pap. Janiræ nihilominus reliquit & bono jure; nam copula non ſufficit, larvarum inſpectus neceſſarius. V.

Janira. 44. P. G. (Janire) alis dentatis fuſcis, primoribus ſubtus luteis ocello utrinque unico; poſticis ſubtus punctis tribus.

*Scop. inſ.* 436.
*Fab.* 358.
*Faun. Fridr.* 317.
*Schæff. icon. t.* 273. *f.* 1. 2. 5. 6.
—— *t.* 273. *f.* 1. 2. 5. 6.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 23. *f.* 5.
*Holl. inſ. t.* 10. *f.* 1.
*Eſp. t.* 10. *f.* 2. *t.* 82. *cont.* 32. *f.* 5.

*Hab. in* Europæ ſylvis. Sexus præcedentis ex copula. *Scop.*

*Faſcies* pap. Jurtinæ abſque litura flava ſupra primores alas, ſed puncta 3 fuſca ſub poſticis.

*Deſc.* Simillimus præcedenti. *Alæ omnes ſupra* fuſcæ. *Primores* verſus apicem ocello nigro. *Subtus* primores ferrugineo-luteæ, ocello ut ſupra. *Poſticæ* griſeæ punctis 3 nigro-ferrugineis, quorum 1 anterius, 2 poſterius. *Faun.* 1053.

Cardui. 45. P. G. (du chardon) alis dentatis fulvis albo nigroque variegatis, poſticis utrinque ocellis quatuor ſæpius cæcis. *

*Faun. ſuec.* 778. *n.* 1. bella donna.
*Scop. carn.* 426.
*Mouff. inſ.* 169. *t.* 101. *f.* 1. 2.
*Hæffn. inſ. t.* 7. *f.* 3.

*Alb.*

*Alb. inſ. t.* 56.
*Pet. muſ.* 35. *n.* 326.
*Raj. inſ.* 122. *n.* 13.
*Merian. Eur. t.* 116. *f.* 15.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 26. *f.* 11. 12.
*Gœd. inſ.* 3. *t. A.*
*Liſt. gœd. f.* 5. 6.
*Blank inſ. t.* 3. *f. A.-C.*
*Wilk. pap.* 56. *t.* 3. *a.* 3.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 10.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 41. *n.* 7.
*Eſp. t.* 10. *f.* 3.
*Holl. inſ. t.* 2. *f.* 2. 3.
*Harr. aurel. t.* 11. *f. e. f.*
*Schæff. icon. t.* 97. *f.* 5. 6.
*Pap.* d'Eur. *t.* 7. *f.* 7.
*Fab.* 364.
*Faun. Fridr.* 318.
*Hab. in* carduo Europæ, Africæ. In Cap. B. Spei. Frequentiſſimus *Upſaliæ* 1752.
*Deſc.* Alæ *primores* ſubconcolores ſubtus pallidiores, verſus baſin rufæ nigro-variegatæ, verſus apicem nigræ albo variegatæ. *Secundariæ ſupra* rufæ nigro variegatæ, punctis 5 nigris verſus poſteriora. *Subtus* flaveſcenti nebuloſæ, ocellis verſus marginem poſticum 4, quorum intermedii minores. *Faun.* 1054.

Iris. 46. P. G. (Iris) alis ſubdentatis ſubtus griſeis, faſcia utrinque alba interrupta; poſticis ſupra uniocellatis.
*Gron. zooph.* 773.
*Richter. muſ.* 336. papilio Iris.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 42. & 4. *t.* 31. *f.* 6.
*Wilk. pap.* 63. *t.* 1. *a.* 2.
*Scop. carn.* 430.

Diviſio *Papilionum ſecundum pedes* 4 *&* 6, *non facile obtinetur ex aſſervatis & in muſeis viſis, cum hi ſæpius mutilati occurrunt.*

*Lederm. micr.* 89. *t.* 49.
*Poda inſ.* 70. *n.* 22. 23.
*Raj. inſ.* 126. *n.* 2.
*Harr. inſ.* 7. *t.* 3. *f. a.-d.*
*Sulz. inſ. t.* 14. *f.* 86.
*Eſp. t.* 11. *f.* 1. 2. *t.* 71. *cont.* 21. *f. omnes.*
—— *t.* 25. *f.* 4. *t.* 72. *cont.* 22. *f.* 1.
—— *t.* 43. *ſupp.* 19. *f.* 1.
*Schæff. icon. t.* 52. *f.* 1. 2. 3.
*Fab.* 382.
*Fueſl. inſ. Helv.* 570.
*Pap.* d'Eur. *t.* 31. *f.* 62.
—— *t.* 32. *f.* 64.
*Hab. in* quercu Germaniæ, Angliæ &c. *P. Forsk.* In ſalice, populo Galliæ frequens. *Larvæ* omnes ſimiles. V.
Statura *pap. populi.* Pedes *duo antici anguſtiſſimi*, *mutici*. Alæ *omnes ſupra cærulescenti-nigræ*, *micantes* ; *ſubtus cinereo-griſeæ*, *cum ocello ferrugineo.* Primores *ſupra maculis albis ſparſis in medio & exterius.* Subtus *griſeo-cinereo variæ maculis albis*, *cum ocello occultato intra marginem exteriorem.* Poſticæ *ſupra faſcia alba & ocello ferrugineo verſus poſtica* : *ſubtus cinereæ faſcia alba dentata lateribus ferrugineæ cum ocello ceruleo inde ferrugineo.*

*Ex ſpec. D. Fab.*

Circe. 47. P. G. (Circé) alis dentatis fuſcis, faſcia utrinque alba, anticis ocello unico.
*Eſp. t.* 39. *ſupp.* 15. *f.* 2. *t.* 42. *f.* 3.
*Pap.* d'Eur. *t.* 20. *f.* 33.
*Rœſ. tom.* 4. *t.* 27. *f.* 3. 4.
*Wien. Verz.* 299. *t.* 1. *a.* 9. 1. 6, 9.
*Naturf. pap. Villida.*

*Schæff. icon. t.* 82. *f.* 1: 2.
*Hab. in* anthoxanto odorato, lolio; bromo, &c.
*Obſ.* Nec Semele *Linn.* nec Silene *D. Geoff.* ſed ſpecies diverſa.
Larva nuda, lineis longitudinalibus fuſcis, albis, luteis, cauda furcuta.

Allionia. 48. P. G. (Allioni) alis dentatis fuſcis, anticis ſubtus ocellis duobus, poſteriori cæco.
*Hab. in* Luſitania. *D. Gray.*

*Ex op. D. Eſp.*

Proſerpina. 49. P. G. (Proſerpine) alis dentatis fuſcis, faſcia, utrinque angulata alba, ſuperioribus utrinque ocello unico.
*Eſp. t.* 39. *f.* 3. *Mas t.* 42. *fœmina.*
*Hab. in* Europa. In Gallia. V.
*Obſ.* Adhuc litigioſus eſt hic pap. nam apud *D. Fab.* pap. Circe eſt *D. Eſp.* Proſerpina; e contra apud *D. Eſp.* Circe papilio eſt Hermione major. V.

Fauna. 50. P. G. (Faune) alis dentatis fuſcis, ſuperioribus utrinque ocellis duobus (altero cæco) punctis intermediis binis; inferioribus ocello unico, ſubtus faſciis duabus cinereis obſoletis. *Eſp. t.* 29. *ſupp.* 5. *t.* 63. *cont.* 13. *f.* 7.
*Pap.* d'Eur. *t.* 28. 55. *a.*
*Hab. in* Europa.

Eudora. 51. P. G. (Eudore) alis dentatis fuſcis, primoribus ſupra lituris duabus flavis, medio maculis nigris, ſubtus diſco flavo ocellis duobus. *t.* 45. *f.* 1. *t.* 69. *cont.* 19. *f.* 1. 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 28. *f.* 55. *b.*
*Hab. in* Europa.

Philoxenus. 52. P. G. ( Philoxene ) alis integerrimis flavis, primoribus utrinque ocellis duobus; inferioribus ſupra 3, 4 cæcis ( in mare unico ) ſubtus 6 pupillatis. *t.* 54. *cont.* 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 29. 58.
*Hab. in* ſylvis Galliæ Auſt. V.

Pronoe. 53. P. G. ( Pronoë ) alis ſubdentatis atrofuſcis, primoribus utrinque faſcia rufa, ocellis tribus, ( duabus confluentibus ) inferioribus ſubtus cinereis ſtriis angulatis nigris punctiſque tribus marginalibus ocellatis. *t.* 54. *cont.* 4.
*Hab. in* Europa.

Actæa. 54. P. G. ( Actée ) alis ſubdentatis fuſcis rufo micantibus, primoribus utrinque ocello punctiſque ſubtus duobus albis, inferioribus ſubtus nebuloſis faciiſque duabus crenatis. *t.* 4. *f.* 9.
*Pap.* d'Eur. *t.* 81. *f.* 37.
*Eſp. t.* 57. *cont.* 7. *f.* 1. *t.* 85. *cont.* 35. *f.* 4. *var.*
*Hab. in* montibus Galliæ Auſt. Olim miſſus *D. Eſp.* V.

Alexis. 55. P. G. ( Alexis ) alis ſubdentatis fuſcis, margine albo nigroque fimbriato, faſcia rufa; utrinque primoribus & poſticis ocellis 3, 4 fuſcis, maculis lacteis. *t.* 44. *varietas t.* 54.
*Obſ.* 1. Jam diximus hunc papilionem forte ſpeciem propiam non eſſe. Maculæ lacteæ variabiles.
*Obſ.* 2. Multi pap. nymph. G. adhuc incerti. Oculi ſæpe variant in eadem ſpecie, tam numero quam pupilla. Nam in eadem ſpecie oculi ſæpe cæci, ſæpe

pupillati : variant adhuc coloribus. Pap. Janthe major & minor ad pap. Briſein relati fuerunt ; & in hac relatione clariſ. *Fab*. conſenſit ; nullam mentionem feci aliquarum varietatum ut ſpecies oblatarum, in iconibus luxurioſe pictis nuperrime in lucem editis ; nam ſpecies multiplicare periculoſius, quam ſpeciem pro varietate offerre videtur. V.

Æthiops-major. 56. P. G. ( l'Ethiopien ) alis ſubdentatis fuſcis, ſuperioribus utrinque faſcia rufa, ocellis 3, 4, inferioribus 4, ſubtus faſcia obſolete argentea punctis ocellaribus minimis 4.
*Scop*. *var*. pap. *ligeæ*.
*Pap*. d'Eup. *t*. 24. *f*. 43.
*Naturf*. *p*. 115. *t*. 2 *f*. *c*. *d*.
*Hab*. *in* montibus Galliæ Auſt. V.

Ethiops-minor. 57. P. G. ( le petit Ethiopien ) obſcure fuſcus, faſcia fulva ſæpius obliterata, ocellis cæcis. V.
*Pap*. d'Eur. *t*. 24. *f*. 45.
*Hab*. *in* pratis montium Occitaniæ.

Interruptus. 58. P. G. ( l'interrompu ) fuſcus, in alis primoribus faſcia lutea interrupta, ocellis duobus fuſcis, in poſticis 5.
*Pap*. d'Eur. *t*. 25. *f*. 46. Nomen *heros* non retinui, ut ex ejuſdem nominis confuſione dubium non oriatur.
*Hab*. *in* Europa.

Arge. 59. P. G. ( Arge ) alis dentatis albis nigro maculatis, alis primoribus ocellis utrinque tribus cæruleis, inferioribus quinis.
*Eſp*. *t*. 27. *f*. 1.–*t*. 84. *cont*. 34. *var*.
*Pap*. d'Eur. *t*. 30. *f*. 61.

*Hab. in* Gallia Auſt. V. Prope Nemauſum in loco vulgo, *le bois des chanoines.*

Paſiphae. 60. P. G. (Paſiphaë) alis ſubdentatis fuſcis, ſuperioribus utrinque faſcia lutea, ocello bipupillato, poſticis ſupra punctis duobus nigris, ſubtus ocellis quinque. *Eſp. t.* 67. *cont.* 17. *f.* 4.
*Hab. in* Europa.

Arethuſa. 61. P. G. (Aréthuſe) alis dentatis fuſcis, omnibus ſupra faſcia maculari fulva, ſuperioribus ocello unico, (in fœmina ſæpe duobus), inferioribus ſubtus cineraſcentibus nebuloſis atomiſque fuſcis. *t.* 69. *cont.* 19. *f.* 3. 4.
*Pap.* d'Eur. *t.* 22. *n.* 36.
*Hab. in* Europa.

Manto. 62. P. G. (Manto) alis dentatis fuſcis, omnibus ſupra faſcia maculari fulva, punctis nigris; inferioribus ſubtus faſcia flava. *t,* 70. *cont.* 20. *f.* 2. 3.
*Pap.* d'Eur. *t.* 23. *n.* 41.
*Hab. in* Europa.

Leucomelas. 63. P. G. (leucomele) alis ſubdentatis, albo nigroque variis; inferioribus ſubtus pallide maculatis abſque ocellis. *t.* 81. *cont.* 31. *f.* 1. 2.
Affinis pap. Galatheæ.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

Tarpeia. 64. P. G. (Tarpéia) alis flaveſcenti-fuſcis, utrinque ſerie punctorum nigrorum, ſubtus ſubpupillatis, inferioribus nebuloſis. *t.* 83. *cont.* 33. *f.* 1. 2.
*Hab. in* Europa.

Afer. 65. P. G. (l'Africain) alis rotundatis in-

tegerrimis rufeſcenti-fuſcis, ſuperioribus ocello connato, adjacenti minori, ſerie ad marginem ocellorum nigrorum, inferioribus ſubtus venis dilatatis albidis. *t.* 83. *cont.* 33. *f.* 4. 5.

*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. Montibus. V.

Hippolite. 66. P. G. (Hippolite) alis dentatis fuſcis, faſcia flaveſcenti, ſuperioribus utrinque ocellis duobus, inferioribus ſubtus nebuloſis. *t.* 84. *cont.* 34. *f.* 4.

*Hab. in* Europa. In Gallia circa Lugdunum. V.

Climene. 67. P. G. (Climene) alis dentatis fuſcis, primoribus utrinque litura diſci fulva & ocello in apice; poſticis ſupra punctis tribus nigris, ſubtus ſerie ocellorum ſeptem cæcorum. *t.* 85. *cont.* 35. *f.* 1. 2. 3.

*Hab. in* Europa.

Autonoe. 68. P. G. (Autonoë) alis denticulatis fuſcis, faſcia luteſcenti, ſuperioribus ocellis duobus; poſticis ſubtus venis dilatatis, albis, atomis fuſcis. *t.* 86. *cont.* 36. *f.* 1. 2. 3.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

Erymanthea. 69. P. G. (Erymanthée) alis dentatis fuſcis, ſuperioribus ſupra ocellis duobus obliteratis, ſubtus intermedio majori; inferioribus ſubtus ſerie punctorum ex ocellis quinque inæqualibus. *t.* 90. *cont.* 40. *f.* 4.

*Hab. in* Europa.

Ida. 70. P. G. (Ida) alis ſubdentatis concoloribus fulvis, limbo fuſco, primoribus

ocello utrinque bipupillato, poſticis ſubtus fuſcis, lituris albis. 92. *t.* 42. *f.* 2.

*Hab. in* Europa.

******* NYMPHALES *Phalerati.*

Populi. 71. P. P. (du peuplier) alis dentatis fuſcis, albo faſciatis maculatiſque; ſubtus luteis albo faſciatis, maculis cæruleſcentibus. *

*Raj. inſ.* 127. *n.* 3.
*Uddm. diſſ.* 54. *f.* 15.
*Clerck. act. Stockh.* 1753. *p.* 278. *t.* 7.
*Rœſ. inſ. app.* 1. *t.* 33. *f.* 1. 2.
*Eſp. t.* 12. *f.* 1.-*t.* 31. *ſupp.* 7.
*Schæff. icon. t.* 40. *f.* 8. 9.
*Bergſtr.* 2. *t.* 15. *f.* 1. 2.
—— *t.* 19. *f.* 1. 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 9. *f.* 10.
—— *t.* 10. *f.* 11.
*Rœſ.* 4. *t.* 31. *f.* 1. 2. larva.
*Fab.* 386.

*Hab. in* populo tremula.

*Obſ.* Larva ſpinoſa, variegata, capite caudaque fulvis. *Puppa* flaveſcens, nigro punctata, poſtice gibbere notata. *Fab.*

*Deſc.* Maximus facile noſtratum. *Alæ* fere concolores, modo ſupra nigricantes, ſubtus teſtaceæ. *Primores* maculis aliquot albis ſparſis. *Secundariæ* faſcia alba interrupta ex 7 maculis; poſterius ſupra ordo ocellorum dimidiatorum iride ferruginea pupilla atra intima duplici. *Subtus* 7 puncta lunaria, nigra, in ordine; margo poſticus ſubtus cæruleſcens linea nigra dimidiatus. *Faun.* 1055.

Antiopa. 72. P. P. ( Antiope ) alis angulatis nigris, limbo albido.
*Faun. ſuec.* 1, 772. morio.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 35. *n.* 1.
*Scop. carn.* 419.
*Schæff. elem. t.* 94. *f.* 1.
*Jonſt. inſ. t.* 9. & 11.
*Raj. inſ.* 135. 136.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 21. *f.* 8. 9.
*Wilk. pap.* 58. *t.* 2. *a.* 10.
*Rœſ. inſ.* 1. *p.* 1. *t.* 1.
*Sulz. inſ.* 1. *t.* 14. *f.* 85.
*Schæff. icon. t.* 70. *f.* 1. 2.
*Eſp. t.* 12. *f.* 2.
*Faun. Fridr.* 319.
*Bergſt.* 2. *t.* 39. *f.* 1. 2. 3. 4.
*Fab.* 394.
*Pap.* d'Eur. *t.* 1. *f. omnes.-t.* 55. *f. i. k.*
*Hab. in* betula, ſalice, etiam in America. *Kalm.* ſæpe in ulmo. V.
*Obſ.* 1. Larva gregaria ſpinoſa nigra, maculis dorſalibus quadratis ferrugineis. *Puppa* dentata, nigra fulvo punctata. *Fab.*
*Obſ.* 2. Imago variat ætate, limbo albo & flaveſcente. *Fab.*
*Deſc.* E maximis noſtris papilionibus hic eſt. *Alæ* angulato-dentatæ, utrinque nigræ, ſed margine latera & poſteriora reſpiciente albo, at margo craſſior alarum ſuperiorum antice duplici macula alba inſignitus. *Supra* intra limbum album ordo punctorum cæruleſcentium. *Subtus* in poſticarum diſco punctum album adeſt. *Antennæ* & *corpus* nigrum. *Faun.* 1056.

Polychloros. 73. P. P. ( le doré ) alis angulatis fulvis nigro maculatis, primoribus ſupra punctis quatuor nigris. *

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 37. *n.* 3.
*Scop. carn.* 420.
*Aldr. inſ.* 246. *f.* 7.
*Gæd. inſ.* 1. *t.* 77.
*Liſt. gæd.* 5. *f.* 3.
*Pet. muſ.* 34. *n.* 315.
*Raj. inſ.* 118. *n.* 2.
*Merian. Eur.* 2. *t.* 2.
*Alb. inſ. t.* 55.
*Friſch. inſ.* 6. *t.* 3.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 23. *f.* 2.
*Rœſ. inſ.* 1. *app.* 1. *t.* 2.
*Ammiral. t.* 15.
*Wilk. pap.* 56. *t.* 3. *a.* 5.
*Eſp. p.* 1. *t.* 13. *f.* 1.
*Schæff. icon. t.* 146. *f.* 1.-5.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 30. *f.* 1.-5.
*Seb. muſ.* 4. *t.* 10. *f. F.*
*Fab.* 404.
*Fueſl. inſ. Helv.* 573.
*Müll. ſp.* 166.
*Faun. Fridr.* 320.
*Pap.* d'Eur. *t.* 3. *f. omnes.-t.* 55. *f.* 3. *k.*- *t.* 70. *f.* 3.

*Hab. in* pyro, ceraſo, ſalice. Frequentiſſimus Upſaliæ 1758.

*Obſ. Larva* gregaria, ſpinoſa, nigricans, linea laterali flava. *Puppa* incarnata. *Fab.*

*Deſc.* Sequenti vulgatiſſimo ſimillimus eſt, ſed paullo major. *Alæ* angulatæ, dentatæ, fulvæ. *Superior* ala anteriore margine quatuor faſciis nigris & in diſco punctis majuſculis quatuor; ſuperiorum exterior margo, ut & alarum inferiorum margo exterior, nigra faſcia cinctus; *inferioris* alæ baſis nigra eſt. *Faun.* 1057.

Urticæ. 74. P. P. (de l'ortie) alis angulatis fulvis

nigro-maculatis, primoribus ſupra punctis tribus nigris. *

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 37. *n.* 4.
*Scop. carn.* 421.
*Mouff. inſ.* 101. *f.* 5. 6.
*Gæd. inſ.* 1. *t.* 21.
*Liſt. gæd.* 2. *f.* 2.
*Blank. inſ.* 13. *t.* 1. *f. L. Q.*
*Raj. inſ.* 117. *n.* 1.
—— *t.* 348. *n.* 18.
*Robert. icon. t.* 5.
*Hæffn. pict.* 2. *f.* 16.
*Bradl. nat. t.* 27. *f.* 2.
*Merian. Eur.* 1. *t.* 44.
*Alb. inſ. t.* 4. 51.
*Swamm. bibl. t.* 35. *f.* 12.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 26. *f.* 6. 7.
*Roeſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 4.
*Wilk. pap.* 56. *t.* 3. *a.* 3. *fig. inf.*
*Harr. inſ.* 4. *t.* 2. *f. i.-n.*
*Fab.* 405.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 29. *f.* 1.-12.
*Schæff. icon. t.* 142. *f.* 1. 2.
*Sepp. inſ.* 17. *t.* 2.
*Eſp. t.* 13. *f.* 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 4. *f.* 4. - *t.* 55. *f.* 3. *bis.*
*Fueſl. ſp.* 547.
*Seb. t.* 4. *t.* 1. *C. f.* 1.-3.
*Faun. Fridr.* 321.

*Hab. in* urtica vulgatiſſimus, prodit inter primos, ſed fallax veris indicium. *Plin. XVIII*, 25.

*Obſ. Larva* gregaria, ſpinoſa, fuſco viridique variegata, capite nigro. *Puppa* dentata, fuſca, maculis collaribus aureis. Variat interdum tota aurea. *Fab.*

*Deſc.* Præcedenti ſimillimus, ſed diſcus alæ ſuperioris duobus punctis minoribus & uno majore nigris notatus, & hæc ala etiam baſi nigra eſt. *Faun.* 1058.

C-album. 75. P. P. (le C-blanc) alis angulatis fulvis nigris-maculatis, poſticis ſubtus C-albo notatis. *

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 38. *n.* 5.
*Scop. carn.* 422.
*Mouff. inſ.* 103. *f.* 2:
*Aldr. inſ. t.* 244. *f.* 3. 4.
*Raj. inſ. t.* 118. *n.* 3.
—— *t.* 349. *n.* 21.
*Rob. icon. t.* 23.
*Merian. Eur.* 1. *t.* 14. *f.* 159.
*Friſch. inſ.* 4. *t.* 4.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 27. *f.* 9. 10.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 20. *f.* 9. 10.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 5.
*Wilk. pap.* 57. *t.* 3. *a.* 6.
*Harr. inſ.* 2. *t.* 1. *f. a.-d.*
*Eſp. pap. t.* 13. *f.* 3.
*Fab.* 409.
*Bergſtr. inſ. t.* 38. *f.* 1.-5.
*Schæff. icon. t.* 147. *f.* 3. 4.
*Seb. muſ.* 4. *t.* 1. *f. G.*
*Rueſl. inſ.* 371. *n.* 5.
*Müll. ſp.* 168.
*Pap.* d'Eur. *t.* 5. *f.* 5. *omnes.* – *t.* 70. *f.* 5.
*Faun. Fridr.* 322.

*Hab. in* groſſularia, humulo, urtica. In ulmo. V.

*Obſ. Larva* ſolitaria, ſpinoſa, fulva, dorſo antice flavo, poſtice albo. *Puppa* carnea medio coarctata, punctis aureis. *Fab.*

*Deſc. Alæ* ſinuatæ extus fulvæ, nigro maculatæ, punctis quatuor ad minimum diſtinctis, nigris; *inferiores* fere extrorſum ſimiles; *ſubtus* alæ omnes griſeo-cinereæ, undulatæ, cum littera alba *C* alis inferioribus in medio adſcripta. *Tibiæ* albæ. *Faun.* 1059.

Atalanta. 76. P. P. ( Atalante ) alis dentatis nigris albo maculatis, faſcia communi purpurea, primoribus utrinque, poſticis marginali.

*Scop. carn.* 424.
*Faun. ſuec.* 1. *n.* 777. Ammiralis.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 40. *n.* 6.
*Mouff. inſ.* 100. *f.* 3. 4.
*Aldr. inſ.* 240. *f.* 45.
*Jonſt. inſ. t.* 7. *f.* 6. 7.
*Raj. inſ.* 126. *n.* 1.
*Pet. muſ.* 35. *n.* 327.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 26.
*Liſt. gœd.* 10. *f.* 4.
*Harr. inſ.* 12. *t.* 6. *f. a.-h.*
*Blank inſ. t.* 18. *f.* 2. *A.-D.*
*Merian. Eur.* 91.
*Alb. inſ. t.* 3. *f.* 4.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 10. *f.* 8. 9.
*De Geer inſ.* 1. *t.* 22. *f.* 5.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 6.
*Wilk. pap.* 55. *t.* 3. *a.* 1.
*Ammiral. t.* 24.
*Pod. inſ.* 72. *t.* 2. *f.* 3.
*Sepp. inſ. t.* 1.
*Eſp. t.* 14. *f.* 1. – *t.* 86. *cont.* 36. *f.* 2. *var.*
*Bergſt. inſ.* 2. *t.* 20. *f.* 1.-11.
*Faun. Fridr.* 323.
*Schœff. icon. t.* 148. *f.* 1. 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 6. *f. omnes.*
*Fab.* 397.
*Hab. in* urtica urente, Europæ, Aſiæ, Americæ.

*Obſ. Larva* ſolitaria, ſpinoſa, vireſcens, linea dorſali flavicante. *Puppa* dentata nigricans, ſubtus cinerea, punctis aureis. *Fab.*

*Deſc. Alæ* omnes *ſupra* nigræ, *primores* faſcia in medio rubra, maculis albis inter faſciam & apicem. *Secundariæ*

faſcia terminali rubra cum punctis quatuor nigris & macula cærulea didyma ad angulum ani. *Subtus primores* nigricantes, faſcia rubra in medio; litura cærulea maculiſque albis inter faſciam & apicem. *Secundariæ ſubtus* fuſco-nebuloſæ cum macula pallida ad marginem anteriorem & duabus faſciis ſubocellatis cordatis verſus poſteriora. *Ocelli* adeo obſoleti, ut vix ocellorum nomine veniant. *Faun.* 1060. *Syſt.*

Sibilla. 77. P. P. (Sibille) alis dentatis fuſcis concoloribus, faſcia alba, ſubtus luteſcentibus. *

*Scop. carn.* 443. papilio rivularis.
*Raj. inſ.* 3. *t.* 70. *f.* 1. 2. 3.
*Schæff. icon. t.* 153. *f.* 1. 2.
*Drury. inſ.* 1. *t.* 61.
*Pap.* d'Eur. *t.* 11. *f.* 13.
*Fueſl. magaz.* 256. *t.* 2. *f.* 4.-7.
*Fab.* 451.
*Eſp. t.* 14. *f.* 3.
*Hab. in* Germania. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Antennæ* ſubclavatæ, nigræ, apice ferrugineæ. *Pedes* ſex perfecti. *Alæ primores ſupra* nigræ. *Faſcia* alba e maculis albis. Macula una alterave, inter faſciam & corpus, alba. Maculæ duæ & una, albæ, extra faſciam. *Subtus* luteæ, punctis & lituris nigris adſperſæ; faſciæ & maculæ fere ut ſupra. *Poſticæ* ſupra nigræ, dentatæ. Faſcia alba nervis interſecta. *Subtus* ut in primoribus, luteæ lituris nigris. Faſcia alba, ut ſupra. Ordo duplex punctorum nigrorum, pone faſciam. Lunaris alba macula verſus marginem poſticum.
*Obſ.* Hæc deſcriptio facta eſt ad papilionem. *Ræſ* 3. *t.* 70. *f.* 1. 2. 3,

quam credit meram varietatem Camillæ; Rœſelii vero *pag.* 1. *t.* 8. *f.* 6. 7. Alia omnino ab hæc propoſita eſt ſpecies. *Muſ. Ulr. p.* 303.

*Obſ.* Hiſt. inſ. pariſ. nec a *Linn.* nec a *D. Eſp.* citata eſt; igitur pap. Sibilla non videtur idem qui, ſub nomine *le deuil* a *D. Geoff.* deſcriptus fuit.

Camilla. 78. P. P. ( Camille ) alis dentatis fuſcis ſubconcoloribus, albo faſciatis maculatiſque, angulo ani rubro.

β. Papilio *Amphion* alis dentatis fuſcis, primoribus maculis albis tergeminis, poſticis ſex tranſverſis.

*Syſt. nat.* 10. *p.* 486. *n.* 177.
*Pet. gaz.* 12. *t.* 12. *f.* 10.
*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 33. *f.* 3. 4.
*Fab.* 451.
*Eſp. t.* 14. *f.* 3.
*Pap.* d'Eur. *t.* 11. *f.* 14.
*Hab. in* lonicera cærulea Europæ.

*Obſ. Larva* viridis, capite ſpiniſque rubris. *Puppa* viridis, aureo maculata, antice bicornis. *Fab.*

*Deſc. Pedes* antici mutici. Alæ *ſupra omnes* nigricantes. *Primores* faſcia arcuata, alba, in medio interrupta in maculas, quarum mediæ minores. Puncta aliquot alba verſus apicem. *Poſticæ* faſcia cuneiformi alba ſolum nervis diſſecta. Macula ad angulum ani rubra cum punctis duobus nigris majuſculis. *Subtus omnes* flaveſcentes. Faſcia cærule ſcenti-albida, extra quam puncta angulata duplici ſerie.

*Differt* imprimis a præcedenti macula rubra alarum poſticarum ad angulum ani, quam in quibuſdam deeſſe obſervavit Rœſelius. *Muſ. Ulr. p.* 304.

*Obſ.* An hi duo pap. Sibilla & Camilla

una & eadem ſpecies, uti credidit *D. Fab.* An ſpecies diverſæ? Incertum. In opere recentiore non jure citantur Sibilla & Camilla *D. Eſp.* pour pap. Sibilla *Linn.* ut ex deſcriptione patet. Solis larvis dubium ſolvi poteſt. V.

Rumina. 79. P. P. (Rumina) alis dentatis variegatis, ſupra primoribus punctis ſex, poſticis quatuor rubris. *t.* 4. *f.* 10.

*Osbeck iter.* 51. pap. tetrapus, alis ex coccineo luteo argenteo nigroque variegatis, primoribus rotundioribus.

*Catesb. car* 2. *p.* 95. *t.* 95.

*Fab.* 418.

*Eſp. t.* 15. *f.* 1. – *cont.* 3. *f.* 2. *t.* 72. *cont.* 22. *f.* 4.

*Pap.* d'Eur. *t.* 52. *f.* 109? *t.* 78. *f.* 109.

*Rœſ. tom.* 4. *t.* 7. *f.* 1. 2.

*Schæff. icon. t.* 120. *f.* 1. 2.

*Hab. in* Europa Auſtriali. In Gallia Auſt. Prope Nemauſum. V.

*Deſc. Alæ* ſupra luteæ. *Primores* maculis rubris & nigris alternatim maculatæ, ad latus exterius maculæ rubræ nigro cinctæ, ſed maculæ nigræ extenduntur ad latus interius. Faſcia nigra angulata paullo ante marginem inferiorem. Margo inferior nigro maculàtus, ſ. color alæ maculis nigris variegatus. Anguli faſciæ protenduntur in maculis nigris. *Secundariæ* ſupra luteæ maculæ quinque rubræ in faſciam curvam diſpoſitæ, duplici arcu nigro ſinuatæ, ſpatium interjectum luteum. *Primores* infra fere ut ſupra; ſed poſticæ rubro nigro, alboque variegatæ. Margo poſticus maculis

---

Fritillarii *vulgo dicti, quum alæ maculis fere teſſellatæ ſint; ſed ob maculas argenteas* nobiles *communiter nominati ſunt.*

albis

albis lunulatis ornatus. Hæc ſpecies nobis. Frequens prope Nemauſum. Datur altera in Hungaria, ſed videtur mera varietas. *Alæ primores* luteæ nigro maculatæ; *inferiores* ſubtus albidæ adparent, ſed venis luteſcentibus diſſectæ, ſaltem in ſpeciminibus a *D. Eſp.* miſſis.

Levana. 80. P. P. (Lévana) alis dentatis variegatis, ſubtus reticulatis, primoribus ſupra maculis aliquot albis.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 9. *f.* 5. 6.
*Fab.* 470.
*Eſp. t.* 15. *f.* 2.
*Pod. gr.* 65. *p.* 72.
*Schæff. icon. t.* 132. *f.* 1. 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 8. *f.* 9. non Levana, ſed Trivia. *D. Eſp.*
*Hab. in* urtica dioica Europæ Auſtralioris. *P. Forsk.*
*Larva* gregaria, ſpinoſa, atra, pedibus rufis, capite biſpinoſo. *Puppa* dentata fuſca, thorace ſubtus palleſcente. *Fab.*

Prorſa. 81. P. P. (Prorſa) alis dentatis ſubfuſcis, faſcia utrinque alba, primoribus interrupta.
*Scop. carn.* 442.
*Merian. Eur. t.* 88. *f.* 1.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 8. *f.* 6. 7.
*Eſp. t.* 15. *f.* 3. – *t.* 59. *cont.* 9. *f.* 4.
*Fab.* 471.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 35. *f.* 5. 6.
*Pap.* d'Eur. *t.* 8. *f.* 8. *t.* 56. *f.* 8. *bis*, *b. a.*
*Hab. in* urtica dioica Germaniæ.
*Larva* gregaria ſpinoſa, fuſco fulvoque variegata, capite biſpinoſo. *Puppa* dentata ſupra fuſca, ſubtus palleſcens. *Fab.*

Lucina. 82. P. P. (Lucine) alis dentatis fuſcis

teſtaceo-maculatis, ſubtus faſciis duabus macularum albidarum. *

*Pet. gaz. t.* 16. *f.* 10.

*Raj. inſ.* 122. *n.* 12.

*Eſp. t.* 16. *f.* 1.

*Fab.* 464.

*Seb. muſ.* 4. *t.* 3. *B.* 1.-4.

*Schæff. icon. t.* 172. *f.* 1. 2.

*Pap.* d'Eur. *t.* 16. *f.* 25.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Magnitudo Argi. *Alæ* ſupra fuſcæ maculis parvis, flaveſcentibus, pluribus, ſparſis, quarum margini poſtico adjacentes puncto nigro acuto poſtice albo notatæ. *Subtus* omnes flaveſcentes, maculatæ. *Secundariæ* faſciis duabus ex maculis albis & poſtice ad marginem punctis nigris acutis, baſi albis. *Faun.* 1061.

*Obſ.* Solus *Eſp.* in opere recentiore citatur, ſed nullo jure; nam a *Linn.* & *Fab.* deſcriptus fuit pap. Lacina.

Maturna. 83. P. P. (Maturna) alis dentatis purpuraſcentibus nigro-maculatis, ſubtus faſciis tribus flavis. *

*Pet. gaz. t.* 1. *f.* 8.

*Raj. inſ.* 120. *n.* 8.

*Merian. Eur. t.* 88?

*Wilk. pap.* 58. *t.* 2. *a.* 9.

*Eſp. t.* 16. *f.* 2. - *t.* 61. *cont.* 11. *f.* 3. *fœm.-var. t.* 30.

*Fab.* 467.

*Pap.* d'Eur. *t.* 17. *f.* 28.

*Hab. in* corylo, erica, ſcabioſa. Frequens in Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Magnitudo ſequentis. *Alæ* ſupra rubicundæ, nigro alboque maculatæ & fere reticulatæ. *Subtus* croceo-rufæ faſciis tribus flavis: prima interrupta

ex maculis inæqualibus ſitu & figura, 4 ſ. 5; ſecunda quaſi poſtice aucta vireſcentibus maculis ſ. linea latiore; ultima margini adjacet ex 7 ſ. 8 lunulis. *Faun.* 1062.

*Obſ.* Pap. Maturna in opere *D. Eſp.* deſcriptus aut non eſt ſpecies *Linn.* aut varietas. Meum ſpecimen prope Nemauſum lectum deſc. *Linn.* conforme. V.

Cinxia. 84. P. P. (Cinxia) alis dentatis fulvis nigro-maculatis, ſubtus faſciis tribus exalbido flavis. *

*Faun. ſuec.* 1. *n.* 783. Comes.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 45. *n.* 12.
*Scop. carn.* 437.
*Pet. gaz.* *t.* 18. *f.* 10.
*Raj. inſ.* 121. *n.* 9.
*Wilk. pap.* 58. *t.* 3. *a.* 8.
*Rœſ. inſ.* 4. *t.* 13.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 9.
*Schæff. elem.* *t.* 1. *f.* 9.
—— *icon t.* 217. *f.* 3. 4.
*Fab.* 465.
*De Geer tom.* 2. *p.* 199. *t.* 1. *f.* 17. 18.
*Eſp.* *t.* 16. *f.* 3.-25. *f.* 1. 2.- *t.* 46. *f.* 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 18. *f.* 29. *c. d. e. f.*

*Hab. in* veronica, plantagine, trifolio, gramine.

*Mas* elinguis, fœmina vero lingua ſpirali a Lucina ad Vanilam. *Rolander.*

*Obſ.* Larva ſpinoſa, atra linea laterali e punctis albis. *Puppa* fuſca, ſubtus punctis fulvis lineata. *Fab.*

*Deſc.* Facies eadem cum præcedentibus, magnitudo cum ultimo convenit. *Alæ* omnes luteæ, ſupra nigro undulatæ ſ. potius reticulatæ. *Alæ primariæ* ſubtus flavæ, parum nigro undulatæ, apicibus flavis. *Secundariæ alæ* ſubtus flavæ

& nigro undulatæ, faſciis duabus fulvis undulatis : caret hæc maculis omnibus argenteis. *Faun.* 1063.

*Obſ.* Plures hujus vidit *D. Fab.* an varietates aut ſpecies, determinabit metamorphoſis ? Dubium prudens, junioribus Entomologis utile. In pap. Europ. reperiuntur *damier à taches blanches, à taches fauves grand & petit, damier premiere eſpece, ſeconde eſpece, troiſieme eſpece, quatrieme eſpece,* &c. Tamen non omnes larvæ cógnitæ ; inſuper larvæ 31 & 32 an diverſæ ? *D. Eſp.* a larvis optime ſeparavit ſpec. *cinthiæ a ſpec. piloſellæ ;* ſed an eodem jure ſpecies *didymæ, athaliæ, dictynnæ, triviæ, corythaliæ ?* Nihilominus ſive ſpecies ſint ſive varietates, in addit. huj. docti Entomologi exemplum ſequemur. V.

Dia. 85. P. P. ( Dia ) alis dentatis fuſcis teſtaceo maculatis, ſubtus maculis quatuor ordinibuſque punctorum duobus argenteis.

*Fab.* 468.
*Eſp. t.* 16. *f.* 4. – *t.* 61. *f.* 2. *variet.*
*Kleman. inſ.* 1. *t.* 40.
*Pap.* d'Eur. *t.* 15. *f.* 21. – *t.* 70. *f.* 21 ?
*Fueſl. n.* 585.
*De Geer tom.* 2. *p.* 198. *t.* 1. *f.* 12. *An?*
*Hab. in* Auſtria. *D. Jacquin.* In Gallia Auſt. prope Maſſiliam.

*Obſ.* Larva griſea, ſpinarum albarum ferruginearumque ordinibus alternis. *Puppa* flaveſcens, nigro variegata. *Fab.*

Similis *pap. Lucinæ, ſed major, tamen minor Cinxia, quibus* alæ *pagina ſuperiore ſimillimæ.* Poſticæ *ſubtus maculis variis circiter* 4 *argenteis & guttis*

*pallidis variis; poſtice ſeries tranſverſa ocellorum minimorum, cæcorum, præter ſeriem ipſam marginalem e maculis argenteis.*

Paphia. 86. P. P. (Paphia) alis dentatis luteis nigro maculatis; ſubtus luneis argenteis tranſverſis.

*Faun. ſuec.* 779. *n.* 1. Imperator.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 42. *n.* 8.
*Scop. carn.* 438.
*Pet. muſ.* 35. *n.* 321.
*Raj. inſ.* 119. *n.* 4.
*Roeſ. inſ.* 1. *pap.* 1. *t.* 7.
*Wilk. pap.* 57. *t.* 2. *a.* 7.
*Schæff. icon. t.* 97. *f.* 3. 4.
—— *elem. t.* 94. *f.* 2.
*Eſp. t.* 17. *f.* 1. 2. *cum larva.* – *t.* 60. *f.* 4. *variet.*
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 41. *f.* 1.–5.
*Fab.* 472.
*Faun. Fridr.* 325.
*Pap.* d'Eur. *t.* 12. *f.* 15. *d. e. var.* 15. *h. e. eſt pap. Pandora. D. Eſp.* – 57. *f.* 15. *i. ſpec. an varietas* Paphiæ?
*Hab. in* urtica & viola.
*Obſ.* Larva ſolitaria ſpinoſa, fulva, linea dorſali flava, ſpinis collaribus longiſſimis. *Puppa* griſea, collo coarctato, dentibus ſex punctiſque quatuor anticis aureis. *Fab.*
*Deſc.* E majoribus hic eſt. *Alæ* ſupra luteæ: *primores* ſtriis punctiſque nigris. *Secundariæ* venis & poſtice duplici ordine punctorum nigrorum majorum. *Subtus primores* luteæ, lituris & punctis nigris. *Secundariæ* verſus baſin vireſcentes, faſciis undatis argenteis, poſtice luteſcentes duplici ordine punctorum majorum nigricantium. *Faun.* 1064.

Aglaja. 87. P. P. ( Aglaja ) alis dentatis flavis nigro maculatis, ſubtus maculis XXI argenteis. *
*Faun. ſuec.* 1. *n.* 780. Rex.
*Geoff. pariſ.* 8. *p.* 42. *n.* 9. *t.* 11. *f.* 1. 2.
*Scop. carn.* 439.
*Mouff. inſ.* 169. *t.* 101. *f.* 3. 4.
*Aldr. t.* 246. *f.* 8. 9.
*Pet. muſ.* 35. *n.* 320.
*Raj. inſ.* 119. *n.* 5.
*Wilk. pap.* 59. *t.* 2. *a.* 12.
*Eſp. t.* 17. *f.* 1. 2. *cum larva.*
*Schæff. icon. t.* 7. *f.* 1. 2.
*Fab.* 475.
*Pap.* d'Eur. *t.* 14. *n.* 17. – *t.* 58. *f.* 16.
*Faun. Fridr.* 327.
*Hab. in* viola tricolore.
*Obſ.* Larva ſolitaria ſpinoſa, atra, maculis quadratis, lateralibus, ferrugineis. *Puppa* fuſca. *Fab.*
*Deſc. Alæ* poſticæ ſubtus anterius vireſcentes & poſtico margine vireſcente. *Omnes* maculis argenteis: primorum 4 obſoletis, poſticarum 21. *Poſticæ* ſubtus ocellis 2 & 2 cæcis pupilla argentea. *Larva* nigra utrinque punctis 8 nigris. *Faun.* 1065.

Adippe. 88. P. P. ( Adippé ) alis dentatis luteis nigro maculatis, ſubtus maculis XXIII argenteis. *
*Eſp. t.* 18. *f.* 1. – *t.* 26. *fœmina* 4. & *t.* 43. *f.* 4. – *t.* 60. *f.* 3. *t.* 74. *cont.* 24. – 25. *t.* 76. *cont.* 26. *f.* 2. *a. b.*
*Fab.* 480.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 42. *f.* 5. 6.
*Schæff. icon. t.* 208. *f.* 1. 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 13. *f.* 16.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Simillimus omnino pap. Aglajæ in

pagina ſuperiore, at *alæ poſticæ* ſubtus maculis circiter 6 argenteis ſparſis; dein quaſi faſcia ex 7 maculis argenteis; demum quaſi faſcia ex maculis rotundis rubro-ferrugineis, inter ordinem penultimum & ultimum ordo macularum argentearum, qui ordo in Aglaja omnino deficit. Pleræque maculæ ferrugineæ centro ſ. puncto argenteo notantur. *Faun.* 1066. *ſyſt.*

Lathonia. 89. P. P. (Lathone) alis dentatis luteis nigro maculatis, ſubtus maculis XXXVII argenteis. *

*Faun. ſuec.* 781. *n.* 1. Principiſſa.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 43. *n.* 10.
*Scop. carn.* 440.
*Hæffn. pict. t.* 11. *f.* 11.
*Robert. icon. t.* 12.
*Pet. muſ.* 51. *n.* 520.
*Raj. inſ.* 120. *n.* 6.
*Merian. Eur.* 2. *t.* 157. *f. ſuper.*
*Rœſ. inſ. app.* 1. *t.* 10.
*Eſp. t.* 18. *f.* 2. – *t.* 91. *cont.* 41. *f.* 4.
*Schæff. icon. t.* 143. *f.* 1. 2.
*Seb. muſ.* 4. *t.* 1. *H.* 1.–4.
*Fab.* 481.
*Pap.* d'Eur. *t.* 16. *f.* 24.
*Faun. Fridr.* 326.
*Hab. in* Europa. Frequentiſſima Upſaliæ 1758, vere primo.
*Obſ.* Larva ſpinoſa fuſca, nigro maculata lineaque dorſali alba. *Puppa* crenata, antice fuſca, poſtice vireſcens. *Fab.*
*Deſc. Alæ* omnes ſupra fulvæ: maculis punctiformibus, multis, diſtinctis, nigris. *Alæ majores ſubtus* luteæ multis maculis ſ. punctis nigris; verſus apices notatæ punctis 7 argenteis, quorum tria majora ſunt. *Alæ ſecundariæ ſubtus*

habent maculas argenteas plures, quarum 19 majores, 11 vero minores, ſeu potius puncta ſunt; nam verſus marginem poſteriorem ſeptem maculæ argenteæ ſubovatæ; intra has ſeptem puncta argentea; verſus marginem interiorem alæ, duæ lineæ argenteæ; præter has in diſco ſeptem maculæ argenteæ, exceptis minoribus reliquis. *Faun.* 1068.

Euphroſyne. 90. P. P. (Euphroſyne) alis dentatis fulvis nigro maculatis, ſubtus maculis IX argenteis. *

*Faun. ſuec.* 782. Princeps.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 4. *n.* 11.
*Scop. carn.* 441.
*Pet. muſ.* 35, *n.* 382.
*Raj. inſ.* 120. *n.* 7.
*Eſp. t.* 18. *f.* 3. – *t.* 30. *f.* 1. *varietas.* – *t.* 72. *cont.* 22. *f.* 3.
*De Geer tom.* 2. *p.* 197. *t.* 1. *f.* 10. 11.
*Bergſtr. inſ.* 2. *t.* 42. *f.* 1. 2.
*Fab.* 482.
*Müll. Zool. Dan. p.* 112. *n.* 871.
*Pap.* d'Eur. *t.* 16. *f.* 22. *a. b.* – 23. *a. b.*
*Hab. in* Europa & America Septentrionali. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Inter eos, qui argenteis punctis gaudent, hic certe minimus eſt. *Alæ* luteæ ſubtus nigro-undulatæ, ſupra nigro reticulatæ. *Poſticæ alæ* in margine habent 9 maculas argenteas: harum 1 diſci, 1 baſeos. *Faun.* 1069. *ſyſt.*

Niobe. 91. P. P. (Niobé) alis dentatis fulvis nigro maculatis, ſubtus maculis pallidis, punctis tribus argenteis ocellatis. *
*Eſp. t.* 18. *f.* 4. – *t.* 75. *cont.* 25. *f.* 3.

*Schæff. icon. t.* 203. *f.* 1. 2.
*De Geer tom.* 1. *p.* 195. deſcribitur ut varietas pap. *Adippe.*
*Müll. Lin. Nat. cl.* v. *p.* 622. ſp. 215.
*Pap.* d'Eur. *t.* 15. *f.* 19. *a. b.* – *t.* 59. *f.* 19. *d. f.*
*Faun. Fridr.* 329.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Simillimus pap. *Adippe* in pagina ſuperiore. *Secundariæ* ſubtus luteæ, fuſco tranſverſe venoſæ, maculis pluribus; pone has maculas ordo tranſverſalis macularum ex maculis rufo-ferrugineis 6 ſ. 7, quarum 2, 4, 5 pupilla ſ. puncto argenteo gaudet. An ſexu tantum a pap. Adippe diverſus? *Faun.* 1067.

Leucothoë. 92. P. P. (Leucothoë) alis dentatis, ſupra fuſcis ſubtus luteis: faſciis tribus macularibus albis nigro notatis. *M. L. U. p.* 292.
*Eſp. t.* 87. *cont.* 31. *f.* 3. 4.
*Cramer. t.* 296. *f. E. F.*
*Hab. in* acere Aſiæ & Europæ.
*Deſc.* Magnitudo pap. urticæ utrinque faſciis tribus tranſverſis, coeuntibus verſus angulum exteriorem primorum. Faſcia prima in primoribus nigro interrupta; ſecunda per poſticas & primores utrinque linea nigra notata; tertia in poſticis ex maculis 7 albis nigro fœtis. *Thorax* ſupra æneus.
*Obſ.* Hac deſc. clauduntur papiliones Phal. numerum non auxit *D. Fab.* licet frequentiſſime *D. Eſp.* opus citaverit. Igitur omnes fere ſequentes, paucis exceptis, ut varietates habeantur, donec erucæ & metamorphoſes dubium ſolvant. V.

*Ex opere D. Eſp.*

Cinthia. 93. P. P. (Cinthia) alis ſubdentatis, utrinque fulvis, nigro flavoque maculatis; ſubtus maculis faſciiſque flavis. *t.* 37. *f.* 2. cum larva.
*Pap.* d'Eur. *t.* 17. *f.* 27.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V. ſpecies diſtincta.

Didyma. 94. P. P. (Didyma)
*Eſp. t.* 41. *f.* 3. - *t.* 61. *f.* 1. *var.*
*Pap.* d'Eur. *t.* 18. *f.* 29. ſed an Cinxia *Linn.* an varietas A. *D. Geoff.* ?
*Hab. in* Europa. In Gallia.

Chloris. 95. P. P. (Chloris) alis dentatis flavis nigro maculatis, inferioribus limbo roſaceo purpuraſcente faſcia, maculata duplici. *t.* 44. *f.* 3. - *t.* 75. *cont.* 25. *f.* 4.
*Pap.* d'Eur. *t.* 15. *f.* 20. ſed nomen infelix; nam papilionis nomen a plantis ſumtum non valet, niſi larva in eadem planta vivat. V.
*Hab. in* Gallia Auſt. Prope Nemauſum. V.

Athalia. 96. P. P. (Athalia) alis dentatis fulvis nigro faſciatim maculatis, ſubtus faſciis tribus flaveſcentibus, immaculatis, nigro inductis diviſiſque. *t.* 47. *f.* 1. 2. - *t.* 77. *cont.* 27. *f.* 3. *var.*
*Pap.* d'Eur. *t.* 19. *f.* 31. - *t.* 61. *f.* 6. *varietas.*
*Geoff.* Cinxiæ var. B.
*Schæff. icon. t.* 239. *f.* 1. 2?
*Hab. in* Europa.

Piloſelle. 97. P. P. (de la piloſelle) alis dentatis fulvis nigro maculatis, faſciis tribus

flavis nigro punctatis & ſerie puncto-
rum in faſcia fulva. *t.* 47. *f.* 3.
*Pap.* d'Eur. *t.* 19. *f.* 32. cum larva & puppa.
*Geoff.* var. C.
*Hab. in* Europæ plantagine.

Dictynna. 98. P. P. ( Dictynna ) alis dentatis fuſcis, fulvo maculatis, ſubtus faſciis tribus albis, media *bis* diſſecta. *t.* 48. *f.* 2.– *t.* 91. *cont.* 41. *f.* 1. var.
*Geoff.* var. D.
*Hab. in* Europa.

Arſilache. 99. P. P. ( Arſilaché ) corpore piloſo, alis dentatis fulvis, nigro punctatis; inferioribus maculis 12 argenteis, reliquis flavis, faſciaque marginali ex ocellis. 5 f. 6. *t.* 56. *f.* 3. 4.
*Pap.* d'Eur. *t.* 60. *f.* 21.
*Hab. in* Europa.

Niphe. 100. P. P. (Niphé) alis dentatis luteis, primoribus extimo nigris faſcia albida; poſticis ſubtus argentatis ocellis quinque. Amœnit. acad. *tom.* 6. *p.* 408. *n.* 75.
*Fab.* 302.
*Drury* *t.* 6. *f.* 7.
*Daubenton* planches enlum. *t.* 93. *f.* 1. 2.
*Pap.* d'Eur. *t.* 26. *f.* 18.
*Hab. in* Europa. In China.

Trivia. 101. P. P. ( Trivia ) *t.* 37. *f.* 3. - *t.* 60. *f.* 1. *fœmina.*
*Pap.* d'Eur. *t.* 17. *f.* 26.
*Hab. in* Europa.

Corythallia. 102. P. P. ( Corythallia ) alis dentatis fulvis nigro reticulatis, ſubtus faſciis tribus

flavis punctiſque aliquot nigris. *t.* 16. *f.* 4 *fœm.* 5 *Mas.* - *t.* 72. *cont.* 22. *f.* 3.
*Hab. in* Europa.

Vau-album. 103. P. P. ( le V-blanc ) alis angulatis flavis nitentibus, nigro punctatis, poſticis ſubtus V albo notatis. *t.* 4. *f.* 19.
*Pap.* d'Eur. *t.* 56. *f.* 5, *bis.*
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Obſ.* Pap.! L. albo affinis.

Teſtudo. 104. P. P. ( la tortue ) alis angulatis fulvis, primoribus ſupra maculis dilatatis atris, inferioribus diſco nigro. *t.* 73. *cont.* 23. *f.* 1. 2.
*Hab. in* Europa.

Pandora. 105. P. P. ( Pandore ) alis dentatis luteis nigro maculatis, ſuperioribus ſupra rubicundis; inferioribus ſupra viridinitentibus, ſubtus faſciis duabus argenteis. *t.* 58. *cont.* 7. *f.* 1. 2. - *t.* 73. *cont.* 23. *f.* 3.
*Hab. in* Europa.

Ino. 106. P. P. ( Ino ) alis dentatis fulvis nigro punctatis, inferioribus ſubtus flavis, ſerie ocellorum ſimplici in faſcia interrupta rubeſcente. *t.* 76. *cont.* 26. *f.* 1.
*Naturf. t.* 1. *f.* 3. 4.
*Hab. in* Europa.

Iphigenia. 107. P. P. ( Iphigénie ) alis dentatis fulvis, maculis ſparſis nigris, inferioribus ſubtus flavis, faſciis duabus fulvis, ſerie punctorum diſci nigra. *t.* 77. *cont.* 27. *f.* 1. 2.
*Hab. in* Europa.

F-album. 108. P. P. ( l'F-blanche ) alis angulato-dentatis, fulvis, nigro maculatis, poſticis ſubtus F albo notatis. *t.* 87. *cont.* 37. *f.* 1.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

Arduinna. 109. P. P. ( le ſauvage ) alis dentatis fulvis, maculis ſparſis nigris. Inferioribus ſubtus flavis, faſcia ad marginem fulva nigro-inducta, ſerie punctorum in medio nigrorum. *t.* 87. *cont.* 37. *f.* 4.
*Hab. in* Europa.

Amathuſia. 110. P. P. ( Amathuſia ) alis dentato-angulatis, fulvis, nigro teſſelatis; inferioribus ſubtus fulvo maculatis, annulis ſtriis lunuliſque nigris. *t.* 88. *cont.* 38. *f.* 1. 2.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

Faſcelis. 111. P. P. ( les bandes ) alis dentatis fulvis fuſco inductis, nigro maculatis; inferioribus ſubtus fulvis, faſcia triplici flava maculis nigris notata. *t.* 88. *cont.* 38. *f.* 3. 4.
*Hab. in* Europa. In Gallia circa Lugdunum. V.

Phœbe. 112. P. P. ( Phœbé ) alis ſubdentatis fulvis nigro punctatis, inferioribus ſubtus albidis, faſcia ad marginem fulva. *t.* 88. *cont.* 38. *f.* 5. 6.
*Hab. in* Europa. In Gallia. V.

Celtis. 113. P. P. ( du micocoulier ) alis fuſcis fulvo maculatis, poſticis ſubtus lineola albida. *t.* 4. *f.* 11.
*Eſp. t.* 87. *cont.* 37. *f.* 1. 2. 3.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Alæ primariæ* ſupra 4 maculas

fulvas habent. *Ambæ* angulis conniventibus, harum prima nigro notata, tertia anguloſa verſus alæ apicem, quarta minima ad marginem tenuiorem. *Macula* alba ad marginem exteriorem, infra ut ſupra. *Secundariæ* magna macula fulva ornatæ & altera minima. *Infra* purpureo-fuſcæ, lineola albida. *Antennarum* clava elongata ſeu fere priſmatica.

******** PLEBEI *Rurales*.

Betulæ. 114. P. R. (du bouleau) alis ſubcaudatis fuſcis; primoribus macula reniformi fulva, ſubtus luteis faſcia fulva.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 58. *n.* 27.
*Wilk. pap.* 61. *t.* 1. *a.* 2.
*Rœſ. inſ.* 1. *pap.* 2. *t.* 6.
*Raj. inſ.* 130. *n.* 10.
*Hæffn. inſ. t.* 12. *f.* 1.
*Alb. inſ. t.* 5. *f.* 7.
*Pet. gaz. t.* 11. *f.* 11.
*Fab.* 525.
*Admiral. inſ. t.* 17.
*Eſp. t.* 19. *f.* 1.
*Müll. ſp.* 220.
*Pap.* d'Eur. *t.* 35. *f.* 70. – *t.* 36. *f.* 75.
*Schæff. icon. t.* 275. *f.* 1. 2.
*Hab. in* betula pruno-ſpinoſa.
*Obſ.* Larva obeſa, viridis, lineis duabus dorſalibus ſtriiſque obliquis tranſverſis, lateralibus, albis. *Puppa* glabra, ferruginea. *Fab.*
*Deſc. Alæ* ſubtus notatæ faſcia poſtice attenuata linea alba incuſa. *Mas* macula primorum fulva deſtituitur ut in pap. quercus. *Faun.* 1070.

Pruni. 115. P. R. (du prunier) alis ſubcaudatis

ſupra fuſcis, poſticis ſubtus faſcia marginali fulva nigro punctata. *
*Scop. carn.* 459.
*Rœſ. inſ.* I. *pap.* 2. *t.* 7.
*Raj. inſ.* 130. *n.* 9?
*Pet. gaz.* II. *f.* 10?
*Reaum. inſ.* I. *t.* 28. *f.* 6. 7.
*Schæff. icon. t.* 14. *f.* 1. 2. – *elem. t.* 94. *f.* 5.
*Eſp. t.* 19. *f.* 3. – *t.* 39. *f.* 1. *a. b. var.*
*Pap.* d'Eur. *t.* 36. *f.* 73. *t.* 36. *f.* 74.
*Fab.* 526.
*Fueſl. inſ. n.* 592.
*Hab. in* pruno domeſtica.
*Obſ.* Larva obeſa, viridis, linea laterali albicante, dorſo dentato. *Puppa* fuſca, capite albo. *Fab.*
*Deſc. Alæ* omnes ſupra fuſcæ; *poſticæ* caudatæ & ante caudam maculis 2 ſ. 3 ferrugineis lunatis. *Subtus* omnes obſcure cinereæ: linea tranſverſa. *Secundariæ* intra marginem poſticum faſcia fulva, utroque margine nigro punctata. *Faun.* 1071.

Quercus. 116. P. R. (du chêne) alis ſubcaudatis ſupra cæruleis, ſubtus cinereis linea alba, puncto ani gemino fulvo. *
*Pet. gaz. t.* 11. *f.* 9.
*Raj. inſ.* 129. *n.* 8.
*Alb. inſ. t.* 52. *f. a.* 6.
*Rœſ. inſ.* I. *pap.* 2. *t.* 9.
*Wilk. pap.* 61. *t.* 1. *a.* 1.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 57. *n.* 26.
*Eſp. t.* 19. *f. a. b. c. t.* 3?. *f.* 3. *varietas.*
*Faun. Fridr.* 333.
*Fab.* 527.
*Schæff. icon. t.* 158. *f.* 4. 5.
*Harr. inſ. t.* 10. *f. d. e.*
*Pap.* d'Eur. *t.* 35. *f.* 71. – *t.* 36. *f.* 74. *mera varietas.*

*Fueſl. inſ.* 592.
*Müll. n.* 222.
*Hab. in* quercu.
*Obſ.* Larva obeſa, ſupra roſea, lineis tribus punctorum viridium. *Puppa* glabra, ferruginea, lineis tribus dorſalibus punctorum fuſcorum. *Fab.*
*Deſc. Alæ* omnes ſupra fuſcæ, diſco cæruleſcente. *Subtus* omnes caneſcentes: linea tranſverſa repanda alba; poſterius caudatæ & ante caudam ocello gemino fulvo, pupilla nigra. *Faun.* 1072.

Echion. 117. P. R. (Echion) alis bicaudatis ſupra fuſcis, ſubtus palleſcentibus, faſcia rufa ocelloque terminali rubro. ✝
*Rœſ. add. t.* 7. *f.* 3. 4.
*Eſp. t.* 20. *f.* 1.
*Fab.* 508.
*Müll. ſp.* 224.
*Pap.* d'Eur. *t.* 37. *f.* 77.
*Hab. in* America; etiam in Europa.
*Deſc. Alæ* poſticæ ad baſin caudarum macula ocellari rubra. *Syſt.* 120.

Bœticus. 118. P. R. (le ſtrié) alis caudatis fuſco-cæruleſcentibus, ſubtus cineraſcentibus albido undulatis, angulo ani ocellis duobus.
*Geoff. n.* 25.
*Eſp. t.* 37. *f.* 3. – *t.* 91. *cont.* 41. *f.* 2. 3.
*Fab.* 529.
*Pap.* d'Eur. *t.* 37. *f.* 76.
*Müll. p.* 624.
*Fueſl. inſ. n.* 594. *f.* 2.
*Hab. in* Barbaria; etiam in EuropaGalliaque.
*Magnitudo Argi.* Alæ ſupra *nigricantes rore viridi-cæruleſcente obductæ.* Subtus *omnes glauco-cineraſcentes, ſtrigis albidis*

*albidis undulatæ. Angulus ani* cauda *ſetacea nigra albo margine.* Ocelli *ad angulum ani, ſupra duo, pupillæ nigræ: interiore didyma (præter exteriores cæcas).; ſubtus ocellis etiam duobus antice fulvis, poſtice argentatis.*

Arion. 119. P. R. (arion) alis ecaudatis, ſupra fuſcis diſco cæruleo maculis atris; ſubtus canis punctis ocellaribus. *
*Rœſ. inſ.* 3. *ſuppl. t.* 45. *f.* 3. 4.
*Sulz. inſ. t.* 14. *f.* 87.
*Pod. inſ. t.* 2. *f.* 4.
*Eſp. t.* 20. *f.* 2. - *t.* 59. *f.* 2. *var.*
*Fab.* 549.
*Schæff. icon. t.* 98. *f.* 5. 6.
*Scop.* 461.
*Pap.* d'Eur. *t.* 40. *f.* 86. - *t.* 41. *f.* 86, *ſed non omnes.*
*Faun. Fridr.* 334.
*Mull. ſp.* 230.
*Hab. in* Europa. In Gallia prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Facies pap. argi, ſed duplo major. *Alæ* ſupra fuſcæ diſco cæruleo. *Primores ſupra* in diſco punctis nigris, ſeptem, confertis. *Subtus* omnes cineraſcentes, baſi vireſcentes & poſtice duplici ordine punctorum nigrorum; inſuper puncta nigra ocellaria, iride alba, 7 in primoribus, 10 in ſecundaris, præter lunulam nigram punctaque marginalia. *Faun.* 1073.
*Obſ.* Juniorum Entomologorum gratia obſervabimus cum *D. Scop.* limbum *pap. arionis* ornatum eſſe duobus ordinibus punctorum in limbo, quæ in deſc. *Linnæi* puncta marginalia vocantur. *Adde* quod ſubtus nec faſciæ nec maculæ fulvæ reperiantur. Ex his patet

Abſinthii. 195. P. N. (de l'abſinthe) ſpirilinguis critata, alis cineraſcentibus, nigri-

cante faſciatis punctatiſque, inferioribus albidis. *
*Clerck. icon. t.* 8. *f.* 19.
*Friſch. inſ.* 7. *p.* 19. *t.* 12.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 61.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 158. *n.* 95.
*Fab.* noct. 109. Alis deflexis, canis, faſciis punctiſque in tetragonum diſpoſitis.
*Entom. pariſ.* 125. Alis deflexis albo-cinereis, lineis longis nigris.
*Faun. Fridr. n.* 394.
*Hab. in* abſinthio.
*Larva* viridis, maculis flavis rufiſque lineata.
*Puppa* folliculata, brunnea, antice viridis. *Fab.*
*Deſc.* Media. *Thorax* operculatus. *Abdomen* dorſo penicillis nigris. *Corpus* album. *Alæ ſuperiores* caneſcentes, ſtriatæ: faſciæ duæ nigricantes, undatæ, inæquales; inter faſcias puncta 4 in tetragonum diſpoſita; margo poſticus nigro punctatus. *Alæ inferiores* albidæ, ſubtus puncto nigro. *Faun.* 1182.

Alni. 196. P. N. (de l'aulne) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuliginoſis, areis duabus cineraſcentibus, priore puncto marginali nigro.
*Fab.* noct. 110.
*Naturf.* 12. *t.* 1. *f.* 14, 15, 16.
*Fueſl. magaz.* 2. *t.* 1. *f.* 5.-8.
*De Geer tom.* 1. *t.* 11. *f.* 25.-28?
—— *tom.* 2. *p.* 412?
*Hab. in* alno. In Gallia Auſt. Larvam ſemel legi. V.
*Larva* nigra, maculis dorſalibus flavis piliſque clavatis.

*Puppa* folliculata, brunnea. *Fab.*
*Obſ.* Imaginis ſtructura depreſſa, ſingularis. V.
Corpus *medium cineraſcens.* Alæ ſuperiores ſupra *fuliginoſo-nigricantes*, *areis* 2 *verſus marginem exteriorem*, *priore cinereo-albida*, *oblonga puncto marginali nigro; poſteriore ſubrotunda*, *albo-cineraſcente.* Margo *poſticus cinereus*, *punctis* 8 *atris in area fuſca & linea longitudinali atra.* Subtus *griſeſcente-nebuloſæ.* Inferiores ſupra *albidæ*; ſubtus *albæ*, *puncto nigro.*

Pſi. 197. P. N. (le pſi) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis canis, ſuperioribus characteribus ⅄ nigris. *
*Gæd. inſ.* 1. *t.* 22.
*Liſt. Gæd. f.* 92.
*Raj. inſ.* 350.
*Merian. Eur.* 3. *t.* 42.
*Alb. inſ. t.* 86.
*Friſch. inſ.* 2. *t.* 2.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 42. *f.* 5, 6.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 7, 8.
*Wilk. pap.* 28. *t.* 3. *b.* 4.
*Ammiral. t.* 13.
*Fab.* noct. 129.
*Faun. Fridr. n.* 393.
*Schæff. icon. t.* 118. *f.* 2, 3.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 155. *n.* 91. *Phalæna* ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis canis, maculis pſiformibus nigris.
*Hab. in* alno, corylo, quercu, malo, perſicaria.
*Larva* piloſa, dorſo flavo, lateribus nigris, rubro-maculatis, thorace ſupra cornu erecto nigro.
*Puppa* folliculata, brunnea.
*Deſc.* Magnitudo media. *Alæ ſuperiores*

canæ, maculis litteræ ⍖ inverſi adſperſæ. Linea nigra a roſtro trans oculos. *Alæ inferiores* exalbidæ, ſubtus puncto nigro. *Mas* notis ⍖ manifeſtioribus; fœmina *o* nigro notata in alis ad mediam alam. *Faun.* 1181.

Chi. 198. P. N. (le chi) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis canis, ſuperioribus χ nigro notatis. *

*Alb. inſ. t.* 83. *f. C. D.*

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 13.

*Fab.* noct. 130.

*Geoff. inſ.* 2. *p.* 156. *n.* 93. *Phalæna* ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis, ſuperioribus cinereo fuſcoque nebuloſis, lineis undulatis & omicro nigris, inferioribus cinereis.

*Hab. in* aquilegia, delphinio, ſoncho. In Gallia Auſt. rarior. V.

*Larva* nuda, viridis, lateribus lineis 2 flavis.

*Puppa* folliculata, fuſca. *Fab.*

*Deſc.* Media. Similis *pſi.* Alæ albæ fuſco nebuloſæ, in medio χ atro notatæ. *Faun.* 1180.

Aceris. 199. P. N. (de l'érable) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis canis, ſuperioribus lineolis undatis annuloque ovali nigris. *

*Scop. carn.* 524.

*Alb. inſ. t.* 83.

*Friſch. inſ.* 1. *t.* 5.

*Reaum. inſ.* 1. *t.* 34. *f.* 11.

*Wilk. pap.* 32. *t.* 3. *c.* 6.

*Faun. Fridr. n.* 392.

*Klemann. tom.* 1. *t.* 17. *f.* 1.-5.

*Hab. in* acere, æſculo, juglande. In æſculo Galliæ Auſt. V.

*Larva* hirſuta, faſciculis tecta flavis rubriſque, dorſo albo nigro-maculato.
*Deſc.* Media. *Simillima* pſi. *Alæ ſuperioris* baſis linea fuſca, & margo poſticus nigro punctatus. *Macula* ovalis & reniformis ut in affinibus. *Faun.* 1179.

Aprilina 200. P. N. (la printaniere) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis, ſuperioribus virentibus maculis variis atris, poſtice punctis trigonis. *
*Fab.* noct. 125.
*Faun. Fridr. n.* 391.
*Sulz. inſ. t.* 22. *f.* 8.
*Ræſ. inſ.* 3. *t.* 39. *f.* 4.
*De Geer tom.* 1. *p.* 113. *t.* 5. *f.* 19. 23.
—— *tom.* 2. *p.* 434. *Phalæna* antennis filiformibus, criſtata, alis albo, nigro viridique variis, macula ovali ferruginea, annulo albo nigroque.
*Raj. inſ.* 158. 4. *Phalæna* media, pulcherrima, alis oblongis, exterioribus dilute cæruleo-viridibus maculis & lineolis nigris perbelle depictis.
*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. quercu. V.
*Larva* cinereo brunneoque variegata, linea dorſali alba interrupta, ſegmentoque ſingulo puncto albo.
*Puppa* brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Media. *Alæ* exalbido-vireſcentes, atro maculatæ, punctis atris ſagittatis. *Alæ ſubtus* cinereæ, puncto & arcu fuſco. *Pedes* nigro alboque maculati. *Faun.* 1178.
*Obſ.* Variat magnitudo, colorque magis minuſve vireſcens. In noſtris ſpeciminibus *alæ primores* ſubtus fuſcæ. V.

Virens. 201. P. N. (la verdoyante) ſpirilinguis

criſtata, alis deflexis, ſuperioribus viridibus lunula alba, inferioribus albis immaculatis.

*Hab. in* Germania. *Schreber.*

*Media.* Antennæ *ſetaceæ, teſtaceæ coſta alba.* Lingua *ferruginea.* Thorax *antice vireſcens.* Abdomen *albicans.* Alæ ſuperiores *ſupra virides, puncto lunulaque alba.* Subtus *albido-vireſcentes.* Inferiores *utrinque lacteæ.*

Turca. 202. P. N. (la Turque) ſpirilinguis criſtata, alis cinereo-rufis, ſtrigis duabus fuſcis lunulaque alba. *

*Fab.* noct. 135.

*Faun. Fridr. n.* 406.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* cinereo-rufæ ſ. vinacei coloris, ſtrigis duabus remotiſſimis, in medio lunula alba minuta, abſque ullis maculis ordinariis. *Subtus* alæ omnes purpùraſcentes, ſtriga fuſca. *Faun.* 1221.

Nictitans. 203. P. N. (la clignotante) ſpirilinguis criſtata, alis ferrugineo-griſeis, ſtigmate reniformi niveo, pupilla lunari lutea. *

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Ruſtica media ſ. minor. *Alæ ſuperiores* griſeo-nebuloſæ cum obſoleta tinctura ferruginea: macula prior alæ orbiculata, ferruginea, abſoleta; poſterior reniformis in qua lunula lutea margine ferrugineo. Puncta 3 alba minutiſſima pone ſtigmata. *Alæ inferiores* albidæ, puncto ſubtus nigro. *Faun.* 1215.

Perſicariæ. 204. P. N. (de la renouée-perſicaire) ſpirilinguis criſtata, alis fuſco-nebuloſis,

ſtigmate reniformi albo, pupilla lunari flaveſcente. *
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 30.
*Ammiral. inſ. t.* 157.
*Geoff. inſ.* 2. *p.* 157. *n.* 94.
*Fab.* noct. 132.
*Hab. in* polygono-perſicaria, nicotiana.
*Larva* nuda, viridis, linea dorſali alba, ſecundo ſegmento macula quadrata alba, cauda conica.
*Puppa* brunnea.
*Deſc.* *Alæ ſuperiores* fuſco-nigricantes, venis nebuloſæ, margine poſtico albo-dentato. *Inferiores* antice pallidæ, poſtice fuſceſcentes, margine albido. *Subtus* omnes glauceſcentes, faſcia lata obſoleta & puncto nigro. *Anus* ferrugineus. *Faun.* 1208.

Ludifica 205. P. N. (la moqueuſe) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis, ſuperioribus abdómineque flavo trifariam nigro punctato. *
*Fab.* noct. 126.
*Schæff. icon. t.* 92. *f.* 3.
*Sepp. inſ.* 4. *t.* 9.
*Faun. Fridr. n.* 390.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Simillima phal. *aprilinæ.* *Caput* ſupra album, inter antennas nigrum. *Thorax* albus punctis nigris, antice arcu duplici reflexo nigro. *Alæ ſuperiores* albidæ, characteribus nigris undique adſperſæ, in medio ziphra 2 notatæ. *Abdomen* dorſo criſtatum nigris apicibus, flavum, trifariam longitudinaliter nigro maculatum. *Faun.* 1177.
Simillima phal. *aprilinæ*, at diverſa flavedine & thorace maculato.

Affinis. 206. P. N. ( l'analogue ) ſpirilinguis criſtata, alis ferrugineis, angulo inferiore puncto nigro gemino, inferioribus nigris.

*Fab.* noct. 106.

*Hab. in* Italia. *D. D. Vandelli.* In Galliæ Auſt. nemoribus. V.

Magnitudo *tabani.* Alæ ſuperiores *ferrugineæ, ſtriga una alterave pallidiore, quæ ad marginem exteriorem albicant. Puncta* 2, *nigra, approximata, ad angulum alæ inferiorem.* Alæ inferiores *nigricantes, margine teſtaceo.*

Triptera. 207. P. N. ( la triptere ) ſpirilinguis criſtata, alis maculis tribus longitudinalibus, rotundatis atomiſque ſulphureis adſperſis.

*Fab.* noct. 107.

*Hab. in* Luſitania. *D. Vandelli.* In nemoribus. *Fab.*

Corpus *magnitudine fere phal.* cajæ, *ſeu inter paganos majus, cinereum.* Antennæ *craſſiores quam in ulla mihi nota noctua.* Alæ ſuperiores *cinereæ, lituris minimis nigris & paſſim atomis ſulphureis adſperſæ. Maculæ* 3 *longitudinaliter juxta marginem exteriorem digeſtæ, majuſculæ, pallidæ, linea nigra marginatæ; quarum prima ad baſin, ovalis; ſecunda orbiculata, minor; tertia ſubcordata, quæ cum media conſtituit ſtigmata ordinaria. Poſtice ſunt alæ pallidiores.* Inferiores *alæ ſubtus albidæ abſque lunula & puncto.*

Diffinis. 208. P. N. ( la remarquable ) ſpirilinguis criſtata, alis ferrugineis margine exteriore maculis tribus albis, poſtice puncto nigro.

*Fab.* noct. 105. *Phalæna* maculis tribus coſtalibus albis poſtice punctis nigris duobus.
*Harr. inſ. Angl. t.* 5. *f.* 8.
*Hab. in* Luſitania. *D. Vandelli.* In Angliæ ulmo *Fab.* In Galliæ carpino. *V.*
Magnitudo *tabani.* Alæ ſuperiores *ferrugineæ, ſtrigis aliquot obſoletis. Margo lateralis maculis 3 albis, anterioribus minoribus. Puncta 2 nigra, approximata, ad angulum alæ inferiorem.* Subtus *alæ pallidiores arcu ferrugineo obſoleto, abſque puncto.*

Occulta. 209. P. N. (la cachée) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuſco-nebuloſis, ſtriga inferioribuſque brevioribus margine albis. *
*Clerck. icon. t.* 1. *f.* 6.
*Hab. in* Europa. *Tych. Holm. M. D.*
*Deſc.* Inter ph. ruſticas noſtr. facile maxima eſt. *Alæ ſuperiores* cano-fuſcoque nebuloſæ, macula ovata, albida, ante reniformem ciueream; ſtrigæ tres albæ, repandæ: prima ante maculam ovatam: ſecunda pone cordiformem: tertia anguſtiſſima verſus marginem poſticum. Faſcia linearis repanda alba, ubi inferiores terminantur margine utrinque poſtico albo. *Alæ inferiores* multo breviores ſunt. *Faun.* 1203.

Perſpicillaris. 210. P. N. (le paraſol) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis exuſto-ſtriatis, poſtice bis bidentatis, capite umbraculato. *
*Clerck. icon. t.* 2. *f.* 3. Phalæna *polyodon.*
*Hab.* Upſaliæ inque Cap. B. Spei.
*Deſc.* Media ſ. minor. *Caput* tegitur umbraculis duobus, ſubrotundis, pallidis, quæ faſciis tribus picta. *Alæ ſuperiores*

quaſi

quaſi uſtulatæ lato palleſcente ſtriatæ. Stigma unicum, lunulatum, pallens. *Alæ inferiores* ſubtus rufeſcentes, diſco albo punctoque minimo nigro. *Faun.* 1198.

Conſpicillaris. 211. P. N. (les conſerves) ſpirilinguis criſtata, alis incumbenti-planis pallide griſeis, oculorum operculis orbiculatis. *

*Hab. in* Europa. *D. Bergman.*

*Deſc.* Ruſtica mediæ magnitudinis. *Alæ* incumbentes, planæ, griſeæ. *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Inferiores* ſubtus albidæ, pone punctum faſcia obſoleta e punctis diſtinctis, præter illa quæ alas terminant. Singularis nota eſt lamina ſubrotunda, cinerea, pone ſingulum oculum, quæ antrorſum flexa tegit totum oculum, ut tantum ſubtus conſpiciatur, & facile, niſi deduceretur, pro oculo ſumeretur. *Faun.* 1183.

Umbratica. 212. P. N. (l'ombragée) ſpirilinguis criſtata, alis lanceolatis canis, ſtriatis; thoracis valvulis lunatis. *

*Reaum. inſ.* 1. *t.* 43. *f.* 9, 11.

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 25.

*Fab.* noct. 146.

*Faun. Fridr. n.* 395.

*Hab. in* Soncho. In Gallia Auſt. V.

*Larva* nuda, nigricans, trifariam rubro punctata.

*Puppa* folliculata, brunnea. *Fab.*

*Deſc.* Tota cana, immaculata. *Alæ ſuperiores* fere lanceolatæ & quaſi ex ſtriis compoſitæ. *Thoracis* valvulæ vel connivent ſupra thoracem, vel reflexæ ſupra oculos, tanquam duæ lunulæ antrorſum hirtæ. *Faun.* 1184.

Exoleta. 213. P. N. ( l'extraordinaire ) ſpirilinguis criſtata, alis lanceolatis, convolutis, exſoletis, dorſo fuſceſcentibus, collari compreſſo. *

*Friſch. inſ.* 5. *t.* 11. *f.* 1.

*Wilk. pap.* 8. *t.* 1. *a.* 18.

*Raj. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 24.

*Sulz. inſ. t.* 16. *f.* 95.

*Fab.* noct. 144. *Phalæna* criſtata, alis lanceolatis, convolutis, fuſco cinereoque nebuloſis, punctis quatuor marginalibus albis.

*Faun. Fridr. n.* 396.

*Merian. Eur. t.* 108.

*De Geer tom.* 2. *p.* 401. *t.* 7. *f.* 4.

*Hab. in* chenopodio vulvaria, atriplice, piſo, campanula. In Gallia Auſt. ſemper in piſis legi. V.

*Obſ.* Clar. *Fab. D. Schæff. icon. t.* 24. *f.* 6, 7. Citat, ſed hæc phalæna *Schæff.* phal. verbaſci videtur. V.

Larva *nuda, viridis, linea laterali flava & rubra, ſuper priorem puncta* 2 *alba lineola nigra coadunata.*

Phal. *color ligni putreſcentis admodum exſoleti, oblonga.* Pectus *uſtulato colori.* Alæ inferiores *longiores, poſtice repandæ.*

*Deſc. Corpus* cinereum. *Alæ* oblongæ, deflexæ, pallidæ, ſubfuliginoſæ. *Thorax* antice pallidus, lateribus ad alarum inſertionem albus. *Faun.* 1185.

Putris. 214. P. N. ( le bois pourri ) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis obſoletis ſubpunctatis, margine exteriore fuſco adjecta macula ſubocellari. *

*Fab.* noct. 147.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. frequens imprimis in Breſſia. V.

*Deſc.* Scutelli loco puncta 2 oblonga, fuſca. Color ligni putridi, ut in exſoleta ſ. verbaſci, ſed brevis. *Alæ ſuperiores* lividæ, vix manifeſte lineolis fuſcis undatæ & punctatæ. Margo exterior ferrugineus, cui in medio adjacet macula ferruginea cum puncto violaceo. *Faun.* 1187.

Verbaſci. 215. P. N. (du bouillon blanc) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis obſoletis, marginibus lateralibus fuſcis. *

*Scop. carn.* 521.
*Raj. inſ.* 168. *n.* 25. *f.* 352. *n.* 31.
*Merian. Eur.* 3. *t.* 29.
*Friſch. inſ.* 6. *t.* 9.
*Aldr. inſ. t.* 13.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 43. *f.* 9.-11.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 23.
*Wilk. pap.* 7. *t.* 1. *a.* 15.
*Fab.* noct. 145.
*Sulz. inſ. t.* 22. *f.* 7.
*Harr. Aurel. t.* 8. *f. a. d.*
*Schæff. icon. t.* 24. *f.* 6, 7.
*Faun. Fridr.* 397.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 158. *n.* 96: *Phalæna* ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis, fuſco-cinereis, ſuperioribus fuſcis, longitudinaliter ſtriatis.

*Hab. in* verbaſco, ſcrophularia & amygdalo.

*Larva* nuda, cinerea flavaque maculis nigris.

*Deſc.* Majuſcula & oblonga. Similis phal. *exſoletæ*, ſed *thorax* pone cucullum, area longitudinali nigra criſtata. *Alæ ſuperiores* oblongæ, lividæ, margine utroque fuſco, quos margines ſtriga alba in medio ſecat. *Subtus* fuſcæ, faſcia albida obliqua. *Faun.* 1186.

L-album. 216. P. N. (l'L-blanche) ſpirilinguis criſtata, ſubgriſea, alis ſuperioribus littera *L* alba notatis.

*Fab.* noct. 87.

*Schæff. icon. t.* 92. *f.* 4.

*Hab. in* Luſitania. *Vandelli.* In Gallia Auſt. frequens larva non reperta. V.

Facies *phal.* commatis, *ſed pallidior.* Alæ ſuperiores *ſupra pallidæ, umbra fuſca. Littera alba* L *in medio alæ, longitudinalis, poſtice leviſſime hamoſa, hanc ſpeciem certiſſime diſtinguit.* Subtus *alæ cinereæ atomis fuſcis; poſtice marginatæ, punctis minimis, nigris, diſtantibus.*

Exclamationis. 217. P. N. (l'exclamation) ſpirilinguis criſtata, alis incumbentibus fuſcis, lineola atra maculaque cordata, inferioribus albis.

*Clerck. icon. t.* 1. *f.* 4.

*Fab.* noct. 86

*Schæff. icon.* 112. *f.* 1, 2?

*Eſp. tom.* 3. *t.* 64. *f.* 1, 2. Inter bombyces non ſine jure. V.

*De Geer tom.* 2. *p.* 406. *t.* 6. *f.* 22?

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. frequentiſſima. V.

*Obſ.* 1. Dubium naſcitur ex eo quod *D. de Geer. Linn.* non citaverit.

*Ruſtica media.* Alæ ſuperiores *verſus baſin, lineola atra, latiuſcula, brevi, quam ſequitur in medio macula cordata fuſca, præter ſtigma poſticum nigricans.* Thorax *antice, lunula atra bifida.*

*Obſ.* 2. Tota æſtate phal. frequentiſſima; ut phal. gamma per diem ſæpe volitat. V.

Comma. 218. P. N. (le comma) ſpirilinguis criſ-

tata, alis cinereis deflexis, lineola nigra adjacente tenuiori albæ. *

*Faun. Fridr.* 399.

*Hab. in* Europa. In Breſſia. V.

*Deſc.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* cinereæ, ſubſtriatæ; litura linearis atra, a baſi alæ ad ejuſdem medium, longitudinalis, cui a latere inferiore adjacet ſtria alba longior. Alæ *ſubtus* cinereæ. *Abdomen* ſubferrugineum. Stigmata nulla. *Faun.* 1191.

*Obſ.* Phal. *L* albæ affinis. V.

Plecta. 219. P. N. (le cordon blanc) ſpirilinguis ſubcriſtata, alis brunneis, linea nigra margineque craſſiore albido. *

*Fab.* noct. 83. *Phalæna* criſtata, alis incumbentibus fuſcis, margine craſſiori albo.

*Klemann. inſ. t.* 23.

*Hab. in* Europa. In Breſſia prope Lugdunum. V.

*Larva* viridis, capite brunneo.

*Puppa* folliculata, atra. *Fab.*

*Deſc.* Media ſ. minor. Alarum margo albus a diſco linea longitudinali nigra. Margo exterior poſtice punctis 3 albis munitis. *Subtus* alæ ſuperiores margine poſtico rufeſcentes. *Alæ inferiores* albidæ, puncto ſubtus nigro. *Faun.* 1216.

*Obſ.* In omnibus noſtris ſpeciminibus *Alæ inferiores* albæ, ſed ad marginem exteriorem fuſcæ. V.

Peraſa. 220. P. N. (la décorcée) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis ſupra antice decorticatis.

*Fab.* noct. 103.

*Naturf.* 2. *t.* 1. *f.* 7. *mal.*

*Hab. in* Europa. In Anglia. *Fab.* In Gallia Auſt. V.

*Obſ.* Inter rariſſimas Galliæ phalænas numeranda. Unum ſpecimen in noſtro muſæo, nec aliud unquam legi. Larva incognita. V.

*Media.* Antennæ & lingua *ferruginea.* Alæ ſuperiores *griſeo undulatæ*; *ſed ad marginem interiorem, antice, area per alam extenditur triangularis cinerea, ac ſi eſſet decorticata (tecta tamen eſt), qua ab omnibus diſtinguitur. Linea alba alam denudatam cingit; ſtriga alba ad marginem poſticum alæ; albedo ad marginem inferiorem alæ.* Inferiores *alæ fuſceſcentes; macula nulla obſcura in paginis inferioribus.* Abdomen *denſiori lana albida veſtitum.*

Gothica. 221. P. N. (la gothique) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis, ſuperioribus fuſceſcentibus, arcu nigro linea alba marginato. *

*Clerck. icon. t.* 1. *f.* 1.

*Fab.* noct. 102.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Media. *Alæ* in medio arcu nigro, extrorſum verſo, albo marginato, cum adjecto puncto nigro ad latus interius, abſque maculis ordinariis. *Subtus* alæ puncto fuſco & arcu obſoleto. *Faun.* 1192.

Pinaſtri. 222. P. N. (du pin ſauvage) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis nigris, margine dorſali poſticoque pallidis.

*Clerck. icon. t.* 1. *f.* 8.

*Hab. in* pino. In Gallia Auſt. *ibid.* V.

*Deſc.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* nigræ, characteribus atris; ad marginem poſticum ſtriæ atræ; margo inferior poſtice punctis aliquot albis, margo tenuior pallidus linea atra repanda

diſtinctus. Criſtæ in dorſo ipſius abdominis 4 pone thoracem gibbum. *Faun.* 1188.

Strigilis. 223. P. N. ( la ciſelée ) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis nebuloſis, denticulis ſetaceis intra faciam albam terminalem. *
*Clerck. icon. t.* 9. *f.* 6.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Parva.* Alæ *griſeo-cinereæ, tribus annulis ovalibus nigris; faſcia alba alas terminans latior, intra quam area prior inſerit* 5 *vel* 6 *ſtrias nigras fere ad ejus medium.*

C-Nigrum. 224. P. N. ( le C-noir ) ſpirilinguis criſtata, alis depreſſis cinereis, macula nigra extus obſoleta lineolaque apicis atra. *
*Clerck. icon. t.* 1. *f.* 3.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Mediæ magnitudinis. *Alæ ſuperiores* ſupra cinereæ, macula laterali atra, oblonga, arcuata, in ſinu lutea; lineola nigra ante apicem ad marginem exteriorem, macula reniformis flaveſcens. *Alæ inferiores* ſupra fere niveæ. Alæ omnes *ſubtus* cineraſcentes, arcu magno fuſco litteram *C* mentiente. *Thorax* antice griſeus. *Abdominis* latera punctis 3 ſ. 4 albis. *Faun.* 1193.

Braſſicæ. 225. P. N. ( du chou ) ſpirilinguis criſtata, alis depreſſis, cinereo-nebuloſis, unco nigro ſupra maculam priorem.
*Ræſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 29. *f.* 4, 5.
*Fab.* noct. 85.
*Friſch. inſ.* 10. *t.* 29. *f.* 4, 5.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 40. *f.* 16, 17.
—— *t.* 41. *f.* 1.-3.

*Alb. inſ. t.* 28. *f.* 78 & 29. *n.* 45. *e. f. g. h.*
*Gœd. inſ. tom.* 3. *t. F.*
*Liſt. Gœd. p.* 79. *n.* 29.
*Faun. Fridr. n.* 403.
*De Geer tom.* 2. *p.* 438. *Phalæna* antennis filiformibus, alis deflexis griſeis, ſtrigis undatis nigris, macula griſea albaque ſtriga albida.
*Merian. Eur. t.* 81.
*Hab. in* Braſſica, nicotiana, menianthe, lamio. In Gallia Auſt. V.
*Larva* fuſco-viridis, linea dorſali alba.
*Deſc.* Ruſtica media difficile dignoſcenda. *Alæ* cinereæ fuſcoque nebuloſæ. Stigmata ordinaria punctis albis notata & margo inferior punctis 3 albis. *Faun.* 1205.

Rumicis. 226. P. N. (de la patience) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis cinereis bimaculatis, litura marginis tenuioris alba.
*Merian. Eur. t.* 82.
*Alb. inſ. t.* 32.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 27.
*Wilk. pap.* 26. *t.* 3. *a.* 1.
*Fab.* noct. 143.
*Faun. Fridr. n.* 401.
*De Geer tom.* 2. *p.* 411.
—— *tom.* 1. *p.* 185. *t.* 9. *f.* 14.-23. *Phalæna* cinerea bimaculata, ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis deflexis cinereo-nigricantibus, ſtriis undatis nigris maculiſque binis albis ad marginem exteriorem.
*Reaum. inſ. tom.* 1. *t.* 15. *f.* 6.-*t.* 37. *f.* 11.-*tom.* 2. *t.* 34. *f.* 8. larva.

Paganæ *dictæ ruſticæ, rudes, cinereæ phalænæ, tam inter bombyces quam noctuas, ſæpius in dorſo thoracis & abdominis criſtatæ, & alarum ſuperiorum ſtigmatibus ovali & reniformi, ac inferiorum ſubtus* puncto arcuque *fuſco notatæ, difficilius diſtinguuntur.*

*Hab. in* rumice, ſoncho. In Gallia Auſt. V.
*Larva* piloſa, nigra, punctis rubris albiſque mixtis.
*Deſc.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* canæ, nigricante - nebuloſæ: macula cana ad baſin alæ; macula alba in medio marginis tenuioris. *Alæ* ſtigma ordinarium annulo & puncto nigro. *Faun.* 1200.

Oxyacanthæ. 227. P. N. (de l'aliſier-aubepin) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis bimaculatis, margine tenuiore cæruleſcente.
*Alb. inſ. t.* 14.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 33.
*Wilk. pap.* 12. *t.* 1. *c.* 1.
*Fab.* noct. 114.
*Hab. in* atriplice, oxyacantha, pruno ſpinoſa. In Breſſia frequens. V.
*Larva* inæqualis, albo nigroque varia, cauda gibba.
*Puppa* folliculata, flava. *Fab.*
*Deſc.* Ruſtica majuſcula. *Alæ ſuperiores* griſeæ, macula unica, majore, ovali, luteſcente; poſtice margo latior cineraſcens. Linea alba longitudinalis ad alæ ſuperioris marginem tenuiorem poſteriorem. *Faun.* 1207.
*Obſ.* In noſtris ſpeciminibus margo interior virideſcens. V.

Vaccinii. 228. P. N. (de l'airelle) ſpirilinguis, alis ferrugineis obſolete nebuloſis, puncto ſtrigaque poſtica ſeptempunctata fuſcis. *
*Hab. in* vaccinio vite - idæa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* ſupra triſte ferrugineæ, obſoletæ, nebuloſæ: in medio puncto majuſculo nigro, poſtice ante marginem ſtriga ex punctis 7

minimis fuſcis. *Subtus* corpus & alæ ferrugineæ, ſtriga fuſca. Alæ ſuperiores *ſubtus* & inferiores *ſupra* nigricantes. *Faun.* 1212.

Myrtilli. 229. P. N. ( de l'airelle-myrtille ) ſpirilinguis criſtata, alis griſeis albo variis, inferioribus antice albis poſticeque nigris. *

*Roeſ. inſ.* 4. *t.* 11. *f. A. D. C.*

*Fab.* noct. 149.

*Hab. in* vaccinio uliginoſo. In Galliâ Auſt. V.

*Larva* nuda, viridis, dorſo quinque tuberculato, capite cæruleo.

*Puppa* brunnea, ſtigmatibus albis. *Fab.*

*Deſc.* Minuta & inter noctuas facile minima. *Corpus* nigricans, inciſuris albis. *Thorax* ſubgriſeus. *Anus* ſubbarbatus. *Alæ ſuperiores* nigricantes, purpuraſcenti-ferrugineo nebuloſæ cum ſtriga repanda alba ad baſin & alia prope marginem poſticum; in alæ medio, marginali macula alba triquetra. *Subtus* ſuperiores e nigro-purpuraſcente & albido maculatæ. *Alæ inferiores* ſupra anterius luteæ, poſterius atræ, margine poſtico albicante. *Subtus* itidem antice luteæ cum puncto nigro; poſtice atræ cum macula ad angulum exteriorem ferruginea obſoletiore. *Faun.* 1168.

Plebeia. 230. P. N. ( la commune ) ſpirilinguis criſtata, alis nigro-nebuloſis, inferioribus utrinque fuſco-ferrugineis nigro maculatis. *

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Magnitudo phal. *glyphicæ*. *Alæ ſuperiores* ſupra nigro cinereoque nebuloſæ, ad baſin punctis 2 albis & ad

marginem interiorem maculis 2 albis ſ. puncto albo rhombeo in medio. *Inferiores alæ* utrinque & *ſuperiores ſubtus* luteo-ferrugineæ, maculis duabus nigris tranſverſis & margine poſtico nigro. *Pedes* lanati. *Tibiæ* nigræ, annulis albis. *Faun.* 1110.

Hepatica. 231. P. N. (l'hépatique) ſpirilinguis criſtata, alis glaucescentibus, faſcia ferruginea abbreviata terminalique plicata. *

*Clerck. icon. t.* 8. *f.* 3.

*Fab.* noct. 134. *Phalæna* criſtata, alis deflexis obſcure griſeis, macula fuſca punctiſque tribus coſtalibus albis.

*Hab. in* Europa. In Suecia. *Fab.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* ſupra hepatici coloris: faſcia ferruginea vix ad latus interius extenſa; faſcia dein terminalis anguſtior, inæqualis, ferruginea; margo poſticus plicato ſubdentatus. *Inferiores* ſubfuſceſcentes, margine poſtico flavo. *Subtus* alæ cinereo-rufeſcentes, puncto lunari arcuque nigricantibus. *Thoracis* latera fuſco-ferruginea. Dorſum thoracis & abdominis plurimis dentibus criſtatum. *Faun.* 1209.

*Obſ.* 1. Variat in iſtis regionibus hæc phal. faſcia ferruginea ſæpe vix conſpicua. V.

*Obſ.* 2. Sub eodem nomine phal. deſcripta a *D. de Geer*: an ſpecies diverſa? V.

Polyodon. 232. P. N. (la dentelée) ſpirilinguis criſtata, cinereo-nebuloſa, margine poſtico multidentato. *

*Fab.* noct. 136. *Phalæna* criſtata, alis deflexis dentatis, nebuloſis, ſtriga poſtica alba dentata.

*Hab. in* Europa. In Breſſia. V.

*Deſc.* Ruſtica majuſcula. *Alæ ſuperiores* cineraſcentes, nebuloſæ, ſtriga flexuoſa ante maculas ordinarias; pone eaſdem ſtriga una alterave undulata pallidior; margo poſticus octo circiter dentibus terminatus. *Subtus* punctum fuſcum & arcus obſoletus. *Faun.* 1219.

Oleracea. 233. P. N. (des potagers) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis, ſuperioribus ferrugineis lunula luteſcente, ſtriga alba poſtice bidentata. *

*Faun. ſucc.* 871.
*Merian. Eur.* 1. *t.* 43?
*Alb. inſ.* 27. *t* 40?
*Raj. inſ.* 166. *n.* 21.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 21.
*Ammiral. t.* 7.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 39. *f.* 4?
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 32.
*Fab.* noct. 122.
*De Geer tom.* 2. *p.* 420?

*Hab. in* olerum radicibus, quas conſumit, in foliis piſi, fabæ. In Gallia Auſt. V.

*Larva* livida, nuda, latere linea nigricante, ſubtus ſubincarnata.

*Larva* nuda, livida, nigro punctata, linea dorſali fuſca, laterali alba.

*Puppa* nuda, nigricans. *Fab.*

*Deſc.* Faſciculus duplex thoracis a tergo: altero ad baſin thoracis gibbo, altero ad apicem. *Phalæna* tota fuſca eſt, ſed in medio *alæ ſuperioris* verſus marginem craſſiorem duæ maculæ pallidæ: quarum prior rotunda, poſterior reniformis. Linea alba intra marginem poſticum duplici dente exiens. *Alæ inferiores* cinereæ. *Anus* barbatus. *Faun.* 1197.

*Obſ.* An hæc phalæna deſcripta *Faun.* 2290, uti ſcripſit *D. F.* qui in ſynonymia *D. de Deer* citavit? *Alis deflexis ferrugineis macula alba flavaque lineaque alba undata.* Valde dubito. Deſcriptiones enim *n.* 2290 & 1197, non eamdem phalænam indicare videntur. Ambæ imagines ante oculos dubium augent, nam anus primæ monſtroſiſſimus, ut dicitur. *Faun.* 2290. V.

Piſi. 234. P. N. (des pois) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis ferrugineo-cinereis bimaculatis, ſtriga poſtica pallida. *

*Raj. inſ.* 160. *n.* 10.

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 52.

*Wilk. pap.* 4. *t.* 1. *a.* 7.

*Fab.* noct. 112.

*Faun. Fridr. n.* 404.

*Merian. inſ. Eur. t.* 50.

*De Geer tom.* 2. *p.* 440. *Phalæna* antennis filiformibus, criſtata, alis deflexis ferrugineis, ſtrigis brunneis nigris griſeiſque ſtrigaque marginali undata alba.

*Hab. in* piſo, geniſta, legumina conſumens; in Jacobæa; interdum in cucumere? groſſularia? Prope Lugdunum frequens in hortis vulgo *de la Croix-Rouſſe.*

*Larva* nuda, ferruginea, lineis 4 flavis.

*Phalæna* fuſca, inciſuris ſanguineis. *Fab.*

*Deſc.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* poſtice ſtriga flexuoſa ad anum maculam albam conſtituente. *Syſt. nat.*

Atriplicis. 235. P. N. (de l'arroche) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis, ſuperioribus fuſco-nebuloſis, litura flava bifida. *

*Rœſ. inſ.* 1. *phal. t.* 31.

*Wilk. pap.* 3. *t.* I. *a.* 2.
*Fab.* noct. 115.
*Faun. Fridr. n.* 400.
*Geoff. inſ.* 2. *p.* 159. *n.* 97. *Phalæna* ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis nebuloſis, faſcia una alterave aurea.
*Hab. in* atriplice, rumice.
*Larva* lævis, nuda, rufeſcens punctis albis.
*Puppa* nuda, brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* luteo fuſcoque nebuloſæ, poſtice linea flava undata margineque nigro lunulato. *Inferiores* cinereæ, ſubtus puncto nigro. Juxta maculas ordinarias, a latere inteiore, litura albido-flaveſcens, oblonga, poſtice bifida, acuta. *Faun.* 1196.
*Obſ.* Noſtra phalæna atriplicis aut differt aut *Linn.* phal. defiguratam deſcripſit. *Alæ ſuperiores*, faſciis lineiſque luteſcente-viridibus, ſtigmatibus ejuſdem coloris, litura albida. V.

Præcox. 236. P. N. (la précoce) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis cinereis bimaculatis, poſtice rufo ſubfaſciatis. †
*Ræſ. inſ.* I. *phal.* 2. *t.* 51.
*Fab.* noct. 118.
*Hab. in* ſoncho. In Gallia Auſt. non frequens. V.
*Larva* lævis, nuda, ferruginea, linea dorſali alba.
*Puppa* brunnea. *Fab.*
*Deſc. Alæ ſuperiores* griſeo-fuſcæ, macula obſcura ad mediam marginis interioris; faſcia ferruginea marginem poſteriorem fere terminante. *Alæ inferiores* ſupra fuſcæ. V.

Triplacia. 237. P. N. (les lunettes) ſpirilinguis, alis

deflexis, ſuperioribus arcu duplici contrario maculiſque tribus glaucis intermediis. *

*Merian. Eur. t.* 97.

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 34.

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 152. *n.* 85.

*Fab.* noct. 141.

*Reaum. inſ. tom.* 1. *t.* 37. *f.* 1, 2, 3.

*Faun. Fridr. n.* 402.

*De Geer tom.* 1. *p.* 129. *t.* 6. *f.* 13, 17, 19, 20, 21.

—— *tom.* 2. *p.* 442. *Phalæna* ſpirilinguis, antennis filiformibus, thorace criſtato, alis deflexis fuſco-canis, lineis 2 curvis maculaque triangulari nigris.

*Hab. in* ſoncho, humulo, urtica.

*Larva* nuda, viridis, gibberibus 2 dorſi & 1 ani, fuſcis.

*Puppa* folliculata, brunnea. *Fab.* Larva 16 poda, inceſſus geometrarum. V.

Ruſtica media. *Criſta thoracis reflexa, alta, pallida.* Alæ ſuperiores *griſeo-cinereæ, arcu ferrugineo in alæ antico & poſtico.* Maculæ *tres interjectæ glaucæ, quarum duæ verſus marginem lateralem.* Poſtice *ad marginem inferiorem, puncta* 4 *alba.*

Satellitia. 238. P. N. (les ſatellites) ſpirilinguis, alis deflexis, ſuperioribus ſubgriſeis, puncto flavo inter punctula duo alba.

*Rœſ. inſ.* 3. *t.* 50.

*Fab.* noct. 104.

*Hab. in* Germania. *D. Schreber.* In Delphinatu, teſte *D. Gaillard*, parochiæ vulgo *Touſſieu* digniſſimus Rector.

*Larva* nigra, linea laterali alba.

*Puppa* brunnea, poſtice obtuſe tridentata. *Fab.*

Corpus *medium*, *griſeo-ferrugineum*, *ut* antennæ. Alæ ſuperiores ſupra *griſeæ*; *ſtrigis aliquot repandis fuſcis in medio alæ. Punctum flavum inter puncta duo nivea minutiſſima, quorum exterius viſum fere fugit.* Poſteriores ſupra *fuſceſcentes.* Subtus *omnes glauceſcentes cum ſtriga fuſca & in inferioribus lunula fuſca.*

Tragopogonis. 239. P. N. (de la barbe de bouc) ſpirilinguis criſtata, alis ſuperioribus fuſcis, punctis nigris tribus approximatis, inferioribus luteis. *

*Friſch. inſ.* II. *p.* 33. *t.* 7.

*Fab.* noct. 133.

*De Geer tom.* 2. *p.* 418. *t.* 7. *f.* 15. *Phalæna* antennis filiformibus, alis deflexis fuſcis, nitidis, punctis tribus centralibus nigris, capite flavo.

*Faun. Fridr. n.* 398.

*Hab. in* tragopogone, ſpinachia, rumice, ſerratula arvenſi. In Gallia Auſt. non frequens. V.

*Larva* viridis, lineis 6 albis, ſpiraculis nigris.

*Puppa* folliculata fuſca. *Fab.*

*Deſc.* Ruſtica media, inelegans, fuſca. *Alæ ſuperiores* ſupra in medio punctis tribus minimis remotis, quorum I anterius, 2 poſteriora. *Inferiores alæ* lividæ. *Faun.* 1189.

Nigricans. 240. P. N. (la noirâtre) ſpirilinguis criſtata, alis nigricantibus, ſtigmatibus ordinariis pallidioribus. *

*Fab.* noct. 138.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. aliquoties. V.

*Deſc.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* fuſco nigricantes

-nigricantes magis quam in alia ulla noſtratum, uti etiam totum corpus. *Inferiores alæ* parum albeſcentes. *Faun.* 1220.
*Obſ.* Variat color. Alæ inferiores ſæpe fuſcæ infra ut ſuperiores ſupra. V.

Tritici. 241. P. N. ( du froment ) ſpirilinguis criſtata, cinerea, alis maculis duabus pallidioribus unaque nigricante. *
*Friſch. inſ.* 10. *t.* 19.
*Hab. in* tritici ſpicis.
*Larva* nuda, flava, lineis 3 albis.
*Deſc.* Ruſtica magnitudine phal. *graminis*, difficillime diſtinguenda. Stigma ovale & reniforme ut in reliquis; juxta ovale interius macula nigra ejuſdem magnitudinis. Cæterum ſimilis phal. *graminis*. *Pedes* annulis albis. *Faun.* 1211.
*Obſ.* Alæ omnes *infra* concolores ſ. griſeæ. V.

Polymita. 242. P. N. ( la brodée ) ſpirilinguis criſtata, alis cinereis faſciatis, macula atra minima marginis tenuioris. *
*Merian. Eur.* 35 ?
*Fab.* noct. 84. *Phalæna* criſtata, alis planis fuſco cinereoque nebuloſis, angulo ani macula atra.
*Hab. in* raphano, ſpinachia. In Galliæ Auſt. nemoribus. V.
*Deſc.* Ruſtica media. *Thorax* maculis 3 albis majuſculis. *Alæ ſuperiores* cinereæ; faſciæ tres albæ, nigro variegatæ, uti etiam maculæ duæ ordinariæ; margo poſticus punctis ſagittatis nigris; ad marginem tenuiorem earumdem alarum, in medio, macula atra minima. *Faun.* 1217.
*Obſ.* Alæ inferiores modo albæ, modo fuſcæ. V.

Pyramidea. 243. P. N. (la pyramidale) ſpirilinguis criſtata, alis cineraſcentibus, ſuperioribus ſtrigis tribus undatis flaveſcentibus repandis, maculaque fuſca.
*Merian. Eur.* 2. *p.* 23. *t.* 9.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 15. *f.* 1.-5.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 11.
*Ammiral. t.* 11.
*Fab.* noct. 119. *Phalæna* criſtata, alis fuſcis, ſtrigis tribus undatis flaveſcentibus repandis, poſticis ferrugineis.
*Geoff. inſ.* 2. *p.* 160. *n.* 99. *Phalæna* ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis, ſuperioribus fuſcis, lineis tranſverſis undulatis nigris, inferioribus ferrugineis.
*Raj. inſ.* 159. 9.
*Eruca* viridis, glabra, lineis albis ſecundum longitudinem ductis varia, anguloſa, in extremo dorſo eminentia notata.
*Hab. in* pruno, juglande, quercu.
Larva *poſtice conico-gibba, nuda, viridis, linea dorſali flava, laterali alba.*
*Puppa* brunnea.
Abdomen *phalænæ ad latera punctis* 3 *ſ.* 4 *albis notatur, ut in phal. C. nigro.*

Flavicornis. 244. P. N. (la flavicorne) ſpirilinguis criſtata, alis ſuperioribus cinereis, ſtrigis tribus atris, antennis luteis. *
*Clerck icon. t.* 6. *f.* 9.
*Fab.* noct. 140.
*Hab. in* Suecia. *T. Bergman.* In pomorum arboribus. *Fab.* In Gallia circa Lugdunum non frequens. V.
*Larva* nigra, albo punctata, capite brunneo. *Fab.*
*Deſc.* Ruſtica media. *Antennæ* flavæ quaſi gradibus lamelloſæ. *Alæ ſuperiores*

ſupra obſcure cinereæ, ſtrigis duabus, nigris, repandis, verſus marginem tenuiorem propioribus, interjecta macula albida. *Thoracis* latera gibba, ac ſi rudimentis alarum elevatis tecta. Stigmata albida. *Faun.* 1204.

*Obſ. Alæ ſuperiores* albidæ, poſtice fuſcæ. V.

Leucomelas. 245. P. N. (l'Alchymiſte) ſpirilinguis criſtata, alis nigricante nebuloſis macula alba, inferioribus antice niveis.

*Clerck. icon. t.* 1. *f.* 2.

*Fab.* noct. 123.

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 149. *n.* 80. *Phalæna* ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis, undulato nigris, inferioribus baſi albis.

*Hab. in* Europa, Barbaria. In Gallia.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* nigricante nebuloſæ, macula magna alba. *Inferiores* a medio ad baſin lacteæ, a medio verſus apicem nigræ, ſed apice ipſo albicantes. *Subtus* alæ omnes concolores, ſed obſcurius nigræ & albæ *ſyſt. Faun.* 1194.

Bimaculoſa. 246. P. N. (la bimaculée) ſpirilinguis, alis albido-caneſcentibus, ſuperioribus ſubnebuloſis, inferioribus nigro bimaculatis.

*Hab. in* Germania. *D. Schreber.*

*Majuſcula.* Alæ ſuperiores ſupra *albido-caneſcentes, maculis albidis lituriſque variis fuſceſcentibus. Margo poſticus quaſi ſectus 8 dentibus obtuſis.* Subtus *albidæ, lunula fuſca obſoleta.* Inferiores ſupra *albido-caneſcentes, macula fuſca in diſco & alia ad marginem poſticum.* Subtus *albidæ, maculis duabus fuſcis ut ſupra.*

Dipſacea. 247. P. N. (la dipſacée) ſpirilinguis, alis ſuperioribus glaucefcentibus, punctis maculiſque fuſcis, inferioribus nigro alboque variis.
*Merian. Eur.* 2. *t.* 49.
*Fab.* noct. 45.
*Hab. in* Suecia. *Fab.* in agris ſecalinis, *Gother.* In Gallia Auſt. V. Mellificans in dipſaci floribus. *D. Schreber.*
*Minor.* Alæ ſuperiores ſupra *cinereo-glaucefcentes, adſperſæ punctis minutiſſimis fuſcis & faſcia fuſca in medio; faſciæ rudimentum verſus apicem.* Subtus *pallidæ, puncto aterrimo, dein macula nigra, tum faſcia fuſca.* Inferiores ſupra *nigræ, faſcia dimidiata alba in medio; macula alba verſus baſin; macula tranſverſa intra marginem poſticum.* Subtus *pallidæ macula centrali & faſcia poſteriore fuſcis.*

Typica. 248. P. N. (la gravée) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuſceſcentibus, ſtigmatibus marginatis, ſtrigis pallidis reticulatis. *
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 56.
*Merian. Eur. t.* 81?
*Fab.* noct. 120.
*Hab. in* ſalice. In Gallia Auſt. V.
*Larva* viridis, nuda, griſea, lineis lateralibus flavis.
*Puppa* folliculata, brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Ruſtica media. *Alæ ſuperiores* cinereæ, maculis ordinariis margine albo & ſtrigis tribus albidis poſtice in ſtrias excurrentibus, unde ala quaſi reticulata. *Faun.* 1195.

---

* Omittere *coactus plurimas ſpecies paganarum, nec non minutiſſimarum, facie, etiam auctorum picturis, notas, ſed mihi aptis verbis non diſtinguendas.*

Lucipara. 249. P. N. ( la brillante ) ſpirilinguis criſtata, alis purpuraſcentibus lucidis, faſcia nigra, ſtigmate poſtico flavo. *
*Fab.* noct. 121. *Phalæna* criſtata, alis deflexis cinereo nitidis, faſcia media lata fuſca.
*Hab. in* Europa. In Gallia. V.
*Deſc.* Ruſtica minor ſ. media. *Alæ ſuperiores* antice & poſtice latius rufeſcentes, nitidæ; in medio vero fuſco-nebuloſæ; macula ordinaria poſterior lutea, nitida. *Caput* & *thorax* fuſca. *Faun.* 1201.

Delphinii. 250. P. N. ( du pied-d'alouette ) ſpirilinguis criſtata, alis deflexis purpuraſcentibus, faſciis duabus flaveſcentibus, inferioribus obſcuris. ✝
*Merian. Eur.* 1. *t.* 40.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 12.
*Wilk. pap.* 3. *t.* 1. *a.* 4.
*Fab.* noct. 111.
*Geoff. inſ. pariſ. p.* 164. *n.* 109. *Phalæna* ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis roſeis, ſuperioribus faſcia duplici limboque albidis.
*Hab. in* Delphinio.
*Larva* nuda, flaveſcens, nigro punctata.
*Puppa* nuda, brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Minor ſ. media. Pulchella. Colore roſeo ſupra & infra facile agnoſcitur. V.

Citrago. 251. P. N. ( la citronnée ) ſpirilinguis criſtata, alis depreſſis luteis, ſuperioribus faſciis tribus ferrugineis obliquis. *
*Alb. inſ. t.* 33.
*Wilk. inſ.* 5. *t.* 1. *a.* 8.
*Fab.* noct. 88. *Phalæna* criſtata, alis incumbentibus luteis, ferrugineo ſubfaſciatis.

*De Geer tom.* 2. *p.* 429. *t.* 7. *f.* 25. *Phalæna* antennis filiformibus, criſtata, alis deflexis luteis, ſtrigis quatuor maculiſque duabus annularibus, ferrugineis.

*Hab. in* pado, ſalice. In Gallia Auſt. V.

*Larva* nuda, fuſca, lateribus flavis.

*Puppa* folliculata, brunnea.

*Deſc.* Media. *Similis* geometræ. *Alæ* plano incumbentes, læte luteæ, ſtrigis 3 ſ. 4 obliquis purpuraſcentibus; inter ſtrigas 2 & 3 punctum ferrugineum annulo rufo habent; inter 3 & 4 macula reniformis rufo margine. *Inferiores alæ* ſupra albidæ. Omnes ſubtus puncto arcuque purpuraſcente. *Faun.* 1174.

*Obſ.* Cum ſequenti facile confunditur; ſed in hac ordo punctorum ferrugineorum abeſt, qui in alis ſuperioribus ſequentis poſtice videtur. V.

Fulvago. 25.2 P. N. (la ternie) ſpirilinguis criſtata, alis flavis, faſciis ferrugineis, inferioribus albis. *

*Clerck. icon. t.* 6. *f.* 15.

*Ent. pariſ.* 193? *Phalæna* ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis utrinque flavis, lineis undulatis fuſcis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Similis *citragini*. *Alæ* pallide glauceſcentes, faſcia una alterave ferruginea, poſtice ordine punctorum ferrugineorum. *Alæ inferiores* pallidæ, ſubtus omnes flavæ. *Palpi*, *abdomen* & *tibiæ* fulvæ. *Pectus* ſubtus lana alba. *Faun.* 1173.

*Obſ.* Variat certe hæc phalæna; noſtratum enim alæ ochraceæ & non glau-

ceſcentes. *Subtus* omnes albidæ. *Cætera* ut in *Linn.* deſcriptione. V.

Depuncta. 253. P. N. ( la piquée ) ſpirilinguis criſtata, alis griſeſcentibus, lituris marginalibus nigricantibus ſtrigaque poſtica punctata. *

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* cinereæ ſ. ſubgriſeſcentes; puncta 2 nigra baſeos; dein 3 connata in lituram ad coſtam; tum macula ovata & reniformis; tandem ſtriga obſoleta obſcurior; demum ordo tranſverſus e punctis nigris minutiſſimis; margo poſticus alæ obſcurior. *Subtus* alæ pallidæ, puncto & faſcia lineari, tranſverſa, nigricante. *Faun.* 1214.

Litura. 254. P. N. ( l'onctueuſe ) ſpirilinguis criſtata, alis canis faſcia fuſca liturisque tribus marginalibus nigris. *

*Fab.* noct. *n.* 131. criſtata, alis deflexis canis, litura media atra puncto albo.

*Hab. in* Europa. In Suecia. *Fab.*

*Deſc.* Statura phal. *Gothicæ*, ſed minor. *Alæ ſuperiores* canæ, lituris quatuor marginalibus, tranſverſis, nigris, æquali ſpatio remotis; harum 1 ad baſin alæ; 2 connexa cum oppoſitæ alæ lineola undulata, nigricante; 3 connexa cum oppoſita faſcia lata, obſoleta, fuſceſcente, arcuata; 4 ad apicem obliqua lineola, etiam ſubtus conſpicua. Sub alis ſuperioribus ſubque litura poſtica etiam litura marginalis eſt. *Faun.* 1213.

Retuſa. 255. P. N. ( l'obtuſe ) ſpirilinguis criſtata, alis griſeis retuſis, ſtrigis tribus pallidioribus. *

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* poſtice retuſæ, colore cinereo-griſeſcente, minime nebuloſæ, ſtrigis 3 pallidioribus: prima ad baſin; ſecunda oblique tranſverſalis, quam macula ovalis & reniformis excipit; tertia tranſverſalis obliqua, quam linea tranſverſalis flexuoſa ſequitur. *Subtus* alæ cinereæ, puncto & arcu fuſcis. *Faun.* 1218.

*Obſ.* Alis retuſis diſtincta.

Monſtroſa. 256. P. N. (la monſtrueuſe) ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis ferrugineo-cinereis, macula alba flavaque, ano barbato ferrugineo. *Faun.* 872.

*Rœſ. inſ.* 165. *n.* 20. *Phalæna* media, corpore brevi, craſſo, alis exterioribus e pulvereo rubentibus, maculis nigris variis?

*Friſch. Germ.* 7. *p.* 29. *t.* 21. *Papilio* erucæ atriplicinæ nigræ linea laterali lutea?

*Smolandi Askepiesk.*

*Alb. inſ. t.* 27. *n.* 40. *a. b. c. d.*

*Rœſ. inſ. tom.* 1 & 2. *Pap. noct. t.* 32.

*De Geer. tom.* 2. *p.* 420. *t.* 7. *f.* 17. Spirilinguis, antennis filiformibus, alis deflexis fuſco-ferrugineis, macula alba & flava faſciaque undulata alba. *Retz.* 112.

*Hab. in* urtica, ſpinacia, atriplici, frequens æſtate in domibus, lucentibus candelis ſe ipſam cremans. In Gallia Auſt. V.

*Larva* nuda, viridis aut fuſca, nigro alboque punctata, linea utrinque laterali flava.

*Deſc. Alæ poſticæ* lineola alba. Maculæ duæ obſoletæ: anterior alba, poſte-

rior flava. *Anus* ampliſſimus tribus valvis montroſiſſimus, barba rufa tectus. *Alæ ſuperiores* ferrugineo - nigræ, maculis & lineolis albidis. Alæ *ſubtus* pallidæ, puncto nigricante in medio. *Faun.* 2290.

*Ex op. D. de Geer.*

Murina. 257. P. N. (la ſouris) ſpirilinguis, alis invicem incumbentibus, murinis, maculis 4 nigris, inferioribus ſubalbidis. *Retz.* 98. - *De Geer tom.* 2. *p.* 406. *t.* 6. *f.* 22.

*Schæff. icon. t.* 112. *f.* 22.

*Geoff. inſ. tom.* 2. *p.* 161. *n.* 101.

*Hab. in* Europa. Frequentiſſima prope Lugdunum. V.

*Deſc. Thorax* antice linea tranſverſa nigra. *Alæ ſuperiores* murinæ, maculis duabus nigris; prima elongata, ſecunda ovalis. *Affinis* phal. *exclamationis.* V.

Varia albo-maculata. 258. P. N. (la bigarrée) ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis deflexis griſeis, aurantio maculatis, maculis binis albis utriuſque. *Retz.* 102. - *De Geer tom.* 2. *p.* 410. *t.* 6. *f.* 23.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* luteo-griſeæ, duabus maculis albis, anterior minor, ſecunda in medio luteo maculata. *Inferiores ſupra* fuſcæ. Omnes *infra* griſeæ. *Thorax* villoſiſſimus. Faſcia rufa ante marginem poſteriorem. V.

Macrocephala. 259. P. N. (la Macrocéphale) ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis deflexis cinereis, ſtrigis undatis nigris, ſtigmate

ſubmarginali exalbido. *Retz.* 107. - *De Geer. tom.* 2. *p.* 413. *t.* 7. *f.* 6.-9.

*Hab. in* populo tremula. *Ibid.* In Gallia Auſt. V.

*Larva* 16 poda, ſemi-villoſa, griſea, tuberculata & faſciculata. Dorſum nigrum, albo punctatum, tuberculis 4 rubris in ſingula inciſura.

*Deſc. Alæ ſuperiores* cinereæ, ſtrigis transverſalibus undatis, inter ſtrigas maculis exalbidis. In medio macula ovata oſſea, cinereo in medio notata. *Margo* poſticus maculis nigris variegatus ſ. faſcia nigra ornatus. Alæ *ſubtus* albido-cinereæ.

Hippophaes. 260. P. N. (du griſet) ſpirilinguis, antennis filiformibus ferrugineis, alis deflexis fuſco-rufeſcentibus nitidis, faſcia ferruginea punctoque rubro. *Retz.* 111. - *De Geer tom.* 2. *p.* 419. *t.* 7. *f.* 16.

*Hab. in* hippophae & forſan in ſalice. In Gallia Auſt. ſed non frequens. V.

*Larva* 16 poda, nuda, fuſca obſcure maculata.

*Deſc.* Magnitudo media. *Thorax* griſeus. *Alæ ſuperiores* nitido-fuſcæ, linea rufa poſtice luteo marginata punctoque nigro, craſſo in medio. *Alæ infeferiores* ſubtus flaveſcentes, ſtrigis duabus fuſcis tranſverſalibus, puncto fuſco. *Abdomen* ſubtus punctis nigris notatum. *Femora* villoſa.

Sulphureo-maculata. 261. P. N. (la biſulphurée) ſpirilinguis, antennis filiformibus ferrugineis, alis deflexis canis, ſtrigis nigris maculiſque duabus ſulphureis. *Retz.* 113. - *De Geer tom.* 2. *p.* 422. *t.* 7. *f.* 19.

*Hab. in* betula. In Gallia Auſt. V.

*Larva* 16 poda, nuda, capite ochraceo, dorſo fuſco albo punctato; ſubtus albo-viridis.

*Deſc. Caput thoraxque* villoſa, griſeo-cinerea. *Antennæ* rufæ. *Alæ ſuperiores* griſeo-cinereæ, ſtrigis undatis, nigris, tranſverſalibus, maculis duabus ſulphureis verſus marginem exteriorem. *Inferiores* griſeæ, faſcia lata, alba poſtica. *Subtus* omnes concolores.

8-Græcum. 262. P. N. (l'8-grec) ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis deflexis canis, violaceo-nebuloſis, faſciis nigris, undulatis, 8 ſulphureo ſcriptis. *Retz* 114. — *De Geer t.* 2. *p.* 423. *t.* 7. *f.* 23.

*Hab. in* populo tremula. In Gallia Auſt. frequens. V.

*Larva* 16 poda, nuda, albo viridis, capite cordiformi, maculis nigris lateralibus.

*Deſc. Antennæ* rufæ. *Thorax* hirſutiſſimus ſed non criſtatus. *Caput, thorax* griſea, nigro-fuſco tincta. *Alæ ſuperiores* griſeæ, plurimis ſtrigis nigreſcentibus undatis, duabus intermediis fortius coloratis. Inter has macula 8 græca, ſulphurea punctoque ſulphureo. *Inferiores* ſupra fuſceſcentes. *Subtus* omnes griſeæ.

*Obſ.* Variat macula 8 color. In noſtris albido-vireſcens, punctumque ſuperius concolor. An D. Eſp. *Phalæna Octogenaria ?* V.

Semi-lutea. 263. P. N. (la bedeaude) ſpirilinguis, alis deflexis, pallidæ flavis, nitidis, ſtrigis binis punctatis, fuſcis, margine poſtico

fuſco. *Retz.* 116. – *De Geer tom.* 2. *p.* 426. *t.* 7. *f.* 24.

*Hab. in* Europa. An noctua ? V.

*Deſc.* Parva. *Antennæ* fuſcæ. *Alæ* omnes luteæ, nitidæ. *Superiores* poſtice, macula magna fuſca, certo ſitu purpuraſcente, ſtrigiſque obliquis duabus fuſcis punctatis. Margo poſticus obſcure fuſcus. *Inferiores* luteæ abſque punctis & maculis; margo poſterior ut in ſuperioribus. *Subtus* puncta nigra regulariter diſpoſita.

Linariæ. 264. P. N. (de la linaire) ſpirilinguis, antennis filiformibus, thorace bicriſtato, alis deflexis, exalbido-griſeo nebuloſis, ſtrigis maculiſque marginis exterioris nigris. *Retz.* 121. – *De Geer tom.* 2. *p.* 430. *t.* 8. *f.* 1.-6.

*Reaum. tom.* 1. *p.* 536. *t.* 37. *f.* 4. *male.*

*Geoff. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 161. *n.* 102. *Phalæna* ſeticornis ſpirilinguis, alis deflexis, fuſco-nebuloſis, limbo teſſelato, ſuperioribus macula duplici punctoque albis.

*Hab. in* Europæ linaria. *Ibid.* Prope Lugdunum. V.

*Larva* 16 poda, nuda, griſea, lineis quidque luteis longitudinalibus flavis, inter quas maculæ punctaque nigra.

*Deſc. Antennæ* fuſcæ. *Thorax* bicriſtatus. *Alæ ſuperiores* griſeo-albæ, ſtrigis duabus nigris duplicatis, tribus maculis ovalibus albis nigro marginatis. *Maculæ* nigreſcentes fere quadratæ in margine poſteriori in dimidioque exterioris. *Subtus* fuſco-nigræ. *Alæ inferiores* ſupra nigræ. Albo marginatæ. *Subtus* obſcure griſeæ, faſciis duabus tranſ-

verſalibus, nigricantibus prope marginem poſteriorem.

*Obſ.* In omnibus noſtris linea alba oblonga verſus tenuiorem marginem, ante poſticum lineolæ nigræ in ſeriem obliquam diſpoſitæ. V.

Filicis. 265. P. N. (de la fougere) ſpirilinguis, antennis filiformibus, thorace criſtato, alis deflexis, nigro cinereoque faſciatis, maculis duabus cinereis tertiaque cum ſtriga flavidis. *Retz.* 123. – *De Geer t.* 2. *p.* 333. *t.* 7. *f.* 26.

*Hab. in* filice. In Galliæ Auſt. ſalice. V.

*Larva* 16 poda, nuda, fuſca.

*Deſc. Alæ ſuperiores* nigricantes, faſciis & ſtrigis undatis griſeis. Maculæ ordinariæ cinereæ nigro cinctæ. Inter ſuperiorem maculam & marginem interiorem tertia macula luteo-albida, nigro punctata nigroque cincta. *Alæ inferiores* griſeo-fuſcæ, puncto & arcu nigris.

Lateritia. 266. P. N. (l'ardoiſée) ſpirilinguis, thorace criſtato, alis deflexis lateritiis, maculis albo-griſeis, duabus ferrugineis ſtrigiſque nigris. *Retz.* 124. – *De Geer tom.* 2. *p.* 436. *t.* 8. *f.* 9.

*Hab. in* alno. In iſtis regionibus non frequens. V.

*Larva* nuda, brunnea, albo punctata, maculis dorſalibus elongatis, luteſcentibus nigriſque, ſed alternatis.

*Deſc. Thorax* angulatus, ad latera litura nigra albo marginata. *Alæ ſuperiores* plurimis maculis parum diſtinctis alis concoloribus, lituris nigris in medio alarum, una furcata. Omnes alæ *infra* griſeæ, aliquoties rubro tinctæ. Tibiæ

intermediæ poſticæque litura nigra notatæ.
*Obſ.* Structura fornicata facile diſtinguenda. V.

Reticulata. 267. P. N. (le réticulée) ſpirilinguis, thorace criſtato-angulari, alis deflexis fuſcis, rivulis reticulatis griſeis. *Retz.* 127.- *De Geer tom.* 2. *p.* 441. *t.* 7. *f.* 27. *Entom. pariſ.* 179?
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Alæ ſuperiores* brunneæ, lineis ſtrigiſque griſeis quaſi reticulatæ; in medio prope marginem exteriorem, macula griſea ovaliformi duplicique circulo. *Alæ inferiores* infra & ſupra griſeæ.

*Ex ſpec. D. Fab.*

Læta. 268. P. N. (le demi-deuil) alis deflexis, anticis niveis, faſcia lata nigra antennis filiformibus. *B.* 96.
*Hab. in* Sueciæ nemoribus.
*Deſc. Caput* & *thorax* nivea, nigro irrorata. *Antennæ* ſimplices, brunneæ. *Pectus* fuſcum. *Alæ anticæ* niveæ, faſcia lata, media nigra. *Margo* poſticus nigro punctatus. Poſticæ baſi cinereæ, apice fuſcæ. *Subtus* omnes griſeæ.

Strigula. 269. P. N. (l'abrégée) alis deflexis griſeis, apice albo nigroque variegatis. *B.* 100.
*Hab.* Dreſdæ-Saxonum. In Breſſia. V.
*Deſc.* Statura & magnitudo B. *Graminis*. *Antennæ* filiformes. *Corpus* cinereum. *Alæ* griſeæ, baſi ſtrigis obſoletis, abbreviatis, fuſcis ſemi-circuliſque cinereis. In medio maculæ ordinariæ; antica minutiſſima, annulo nigro cincta, poſtica tranſverſa. Apex alæ ſtrigis

nigris albiſque. *Alæ poſticæ* baſi cinereæ, apice fuſcæ.

Annulata. 270. P. N. (le deuil) alis incumbentibus atris, niveo maculatis, tibiis albo annulatis. *B.* 147.

*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.* In Breſſia. V.

*Deſc. Caput* & *thorax* nigra, albo variegata. *Abdomen* griſeum. *Alæ anticæ* atræ, baſi macula alba nigro punctata, tunc litura marginis tenuioris, ſtrigis duabus nigris. In medio faſcia lata ad marginem tenuiorem interrupta, ad craſſiorem bifida, alba. Verſus apicem ſtriga undata quæ ad marginem craſſiorem macula ovata terminatur. *Subtus* fuſcæ, margine albo punctato. *Mantiſſ. p.* 282.

*Obſ.* Magnitudo minor. *Antennæ* filiformes. *Thorax* albo variegatus uti in noct. *polymita.* V.

Obſcura. 271. P. N. (l'uniforme) alis incumbentibus, concoloribus, fuſcis, anticis punctis tribus albis, poſticis immaculatis. *B.* 156. *Entom. pariſ.* 160.

*Hab. in* Italia. *Dr. Allioni.*

*Deſc. Corpus* parvum. Abdomen flavum, linea dorſali e punctis atris. *Alæ anticæ* obſcure fuſcæ, minime nitidæ; verſus apicem puncta tria approximata, tranſverſim poſita, alba, inferioribus duobus majoribus. *Poſticæ* obſcure fuſcæ, omnino immaculatæ.

Punctata. 272. P. N. (la ponctuée) alis incumbentibus concoloribus, anticis fuſcis, albo punctatis, poſticis flavis, apice fuſcis. *B.* 157.

*Hab. in* Italia. *Dr. Allioni.*

*Deſc. Corpus* fuſcum. Abdomen flavum,

linea dorſali punctorum nigrorum. *Alæ anticæ* fuſcæ, punctis duobus in medio tribuſque verſus apicem, exteriori minori, albis. *Alæ poſticæ* flavæ, margine late nigro.

Quercus. 273. P. N. (du chêne) alis incumbentibus griſeis, ſtrigis tribus fuſcis. *N.* 24.
*Hab. in* Europæ quercu. In ſylvis vulgo *de la Pape*, prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Magnitudo noctuæ *Braſſicæ. Alæ* obſcure griſeæ, ſtrigis tribus fuſcis abſque maculis ordinariis.
*Obſ.* Media. *Alæ ſuperiores* albido griſeæ, concolores, inde ſtrigis fuſcis diſtinguitur. V.

4-Punctata. 274. P. N. (les quatre points) lævis, alis incumbentibus griſeis, fuſco undadatis, punctis quatuor marginis exterioris nigris. *N.* 25.
*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Monſon.* circa Lugdunum. V.
*Deſc. Alæ* griſeæ, ſtrigis obſoletis undulatæ. Stigmata ordinaria parva, obſoleta, poſteriori albo punctata. Puncta quatuor nigra ad marginem craſſiorem. *Margo* poſticus obſcurior. *Poſticæ*, ſtriga marginali punctata, fuſca.
*Obſ.* Noſtris diagn. convenit, ſed non deſcriptio. *Alæ ſuperiores* griſeæ, margine exteriori albido, punctis quatuor nigris. Maculæ ordinariæ nigræ; ſuperior vix viſibilis, inferior quæ reniformis eſt, punctis griſeis cingitur. *Alæ inferiores* ſupra modo albæ, modo alalbidæ; infra albidæ, comitante puncto fuſco in medio. V.

Albicollis. 275. P. N. (le collier blanc) lævis, albis deflexis,

deflexis, baſi albis, apice fuſcis, litura duplici alba. *N.* 48.

*Hab. in* Italia. *Dr. Allioni.* Frequens prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Media. *Caput* & *thorax* fuſca, immaculata. *Abdomen* cinereum. *Alæ anticæ* baſi albæ, puncto parvo nigro, apice fuſcæ, punctis aliquot atris lituraque ad marginem exteriorem & altera, fuſco punctata, ad angulum ani. *Subtus* fere concolores. *Poſticæ* albæ, apice fuſcæ.

Italica. 276. P. N. (l'Italienne) lævis, alis deflexis fuſcis, ſtrigis ferrugineis maculaque tranſverſa marginali alba. *N.* 49.

*Hab. in* Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Statura præcedentis. *Caput* & *Thorax* fuſca, immaculata. *Abdomen* cinereum, ſegmentorum marginibus albis. *Alæ anticæ* fuſcæ, ſtrigis aliquot undatis, fere obſoletis, obſcurioribus. *Macula* magna tranſverſa alba in medio marginis craſſioris. *Poſticæ*, uti omnes *ſubtus*, atræ, baſi maculaque albis.

Ceraſi. 277. P. N. (du ceriſier) lævis, alis deflexis griſeo-ferrugineis, maculis ſtrigaque poſtica flaveſcentibus, margine nigro punctato. *N.* 58.

*Roeſ. inſ.* I. *phal.* 2. *t.* 53.

*Hab. in* ceraſo Angliæ, Germaniæ. In Galliæ quercu prope Lugdunum. V.

*Larva* flaveſcens, ſtrigis tribus ſulphureis, capite cæruleo.

*Puppa* nuda, brunnea, poſtice bidentata.

*Deſc. Alæ poſticæ* cinereæ, nitidæ, *ſubtus* puncto magno centrali fuſco.

Lanceolata. 278. P. N. (la lance) lævis, alis deflexis lanceolatis, cinereis, anticis fuſco irroratis. *N.* 68.

*Hab. in* Germania. *D. Schulz.* In Galliæ ſcrophularia canina. V.

*Deſc. Antennæ* longitudine corporis, nigræ, apicæ albæ. *Alæ* lanceolatæ, acutæ, cinereæ. *Anticæ* fuſco irroratæ; *poſticæ* immaculatæ.

*Obſ.* Magnitudo. *N. Verbaſci.* Alarum ſtructura antennarumque nigredo optima nota. V.

Augur. 279. P. N. (la Sybille) criſtata, alis planis fuſcis, characteribus atris. *N.* 77.

*Hab. in* Germania. *Dr. de Hattorf.* In Breſſia. V.

*Deſc.* Statura N. *fimbriæ. Caput* & *thorax* fuſca, collare erecto, criſtato. *Alæ Anticæ* fuſcæ, characteribus variis ſtrigaque poſtica ex arcubus atris. *Poſticæ* fuſcæ, immaculatæ. *Subtus* omnes griſeæ; *poſticæ*, puncto centrali ſtrigaque poſtica fuſcis.

*Obſ.* Media. *Alæ ſuperiores* noſtratum griſeæ potius quam fuſcæ. V.

Marginata. 280. P. N. (la bordure) criſtata, alis deflexis flaveſcentibus, ſtrigis ferrugineis, poſtice fuſcis. *N.* 108.

*Hab. in* Europa. In ſylvis *De Vaſſieu* prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Media. *Caput* & *thorax* flaveſcentia. *Alæ* flavæ, ſtrigis tribus undatis maculiſque ordinariis ferrugineis. *Margo* poſticus late fuſcus, ſtriga unica, undata, obſcuriore.

*Obſ.* Egregia hæc phalæna primo intuitu margine lato fuſco inſignis. *Alæ ſuperiores* ferrugineo luteæ, ſtrigis fuſcis,

quarum inferior marginem tangit. Maculæ ordinariæ alis concolores, rufo cinctæ. V.

Mendica. 281. P. N. (la pauvre) criſtata, alis deflexis pallide incarnatis, macula media fuſca, ſtigmatibus flavis. *N.* 113.

*Hab. in* Germania. *D. de Hattorf.* In Gallia Auſt. circa Nemauſum. V.

*Deſc. Thorax* fuſcus, margine antico albicante. *Alæ anticæ* ſubincarnatæ, ſtrigis plurimis undatis, fuſcis in medio. Alæ macula magna fuſca & in hac ſtigmata ordinaria flaviſſima, anteriore orbiculato, poſteriore reniformi. *Subtus* flaveſcentes, ſtriga fuſca.

Viminalis. 282. P. N. (du ſaule à feuilles longues) criſtata, alis incumbentibus baſi fuſcis, ſtrigis undatis fulvis, apice cinereis. *N.* 89.

*Hab. in* Germaniæ ſalice. In Gallia *ibid.* V.

*Larva* viriſcens, lineis quinque longitudinalibus ſtrigiſque albis.

*Puppa* vix folliculata, brunnea.

*Deſc.* Margo poſticus alarum nigro punctatus.

*Obſ.* B. *coryli* affinis; ſed *antennæ* in utroque ſexu filiformes. V.

Rivularis. 283. P. N. (la ſinuée) criſtata, alis deflexis fuſcis, faſcia griſea, apice bifida, flava marginata. *N.* 124.

*Hab. in* Saxoniæ coryletis. Frequens in Breſſia. V.

*Deſc. Thorax* ſtrigis cinereis nigriſque variegatus. *Alæ* fuſcæ, baſi ſtrigis aliquot undatis fuſcis, in medio faſcia lata griſea, ad marginem craſſiorem

bifida, laciniis flavo marginatis. Margo ipſe nigro cinereoque variegatus. *Pone* faſciam ſtriga undata, flavicans. *Subtus* alæ griſeæ, faſcia fuſca.

Lichenis. 284. P. N. (du lichen) criſtata, alis deflexis, anticis viridibus, maculis variis atris, ſubtus fuſcis. *N.* 127.
*Schæff. icon. t.* 92. *f.* 3?
*Hab. in* Germaniæ lichenibus. *Ibid.* In his regionibus. V.
*Deſc.* Summa affinitas N. *aprilinæ* at duplo minor & puncta trigona deſunt. *Antennæ* fuſcæ.

Algæ. 285. P. N. (du lichen froncé) criſtata, alis deflexis, anticis fuſcis, faſciis duabus viridibus. *N.* 128.
*Hab. in* lichene ſaxatili Germaniæ. In Breſſia prope forum Seguſianorum. V.
*Deſc.* Statura præcedentis. *Caput* & *thorax* cinereo-fuſca. *Alæ anticæ* fuſcæ, faſcia lata viridi baſeos & alia obſoletiori repanda apicis. *Poſticæ* cinereæ, *ſubtus* puncto nigro aut fuſco. V.
*Obſ.* Noſtra minor. Variat color faſciæ. In omnibus, *alæ inferiores* cinereæ, *ſubtus* puncto nigro fuſco. V.

Eremita. 286. P. N. (l'hermite) criſtata, alis deflexis ferrugineis, ſtrigis duabus undatis albis, anteriore obſoleta, poſteriore repanda. *N.* 137.
*Hab.* Lipſiæ. In Gallia Auſt. rara. V.
*Deſc.* Media. *Alæ anticæ* ferrugineæ, ſtriga antica nivea, dimidiato-fuſca, poſtica repanda, flexuoſa. Ante ſtrigam poſteriorem color ſaturatior. Margo poſticus nigro punctatus. *Alæ poſticæ* cinereæ. *Subtus* cinereæ, anticis

apice, poſticis puncto ſtrigaque poſtica fuſcis.

Oculea. 287. P. N. (l'oculée) criſtata, alis deflexis ferrugineo fuſcoque variis, ſtigmate reniformi pallido. *N.* 139.

*Hab. in* Sueciæ nemoribus.

*Deſc.* Statura & magnitudo Noct. *flavicornis*: *Alæ* ad marginem tenuiorem rufeſcentes, ad craſſiorem fuſcæ. Macula ordinaria pallida, reniformis.

Triſtis. 288. P. N. (la triſte) criſtata, alis deflexis cinereis, fuſco ſubundatis margineque exteriori punctato, ſubtus pallidis, faſcia fuſca. *N.* 141.

*Hab. in* Suecia.

*Deſc. Alæ* cinereæ, nitentes, ſtrigis undulatis, paucis undatis. Margo exterior nigro punctatus. *Subtus* pallidæ, faſcia nigra.

Rurea. 289. P. N. (la campagnarde) criſtata, alis deflexis, griſeo fuſcoque variis, poſticis fuſcis, margine craſſiori albo. *N.* 148.

*Hab. in* Angliæ nemoribus.

*Deſc. Corpus* fulvum, *oculis* atris. *Palpi* fuſci, apice albicantes. *Thorax* & *abdomen* cinerea. *Alæ anticæ* griſeæ, baſi ad marginem tenuiorem lineola fuſca; in medio ad marginem craſſiorem macula magna fuſca, in qua maculæ ordinariæ. Pone hanc puncta tria parva, alba marginis craſſioris & aliquot fuſca, ſparſa in diſco. Margo denique & macula ad angulum ani fuſca. *Poſticæ ſupra* fuſcæ, margine exteriori & poſtico albidis; *ſubtus* pallidæ, puncto arcuque fuſcis.

Arbuti. 290. P. N. (de l'arbouſier) criſtata, alis deflexis fuſcis, poſticis nigris, faſcia flava. *N.* 150.

*Naturf.* 3. *t.* 1. *f.* 8.

*Hab.* *in* Angliæ nemoribus. In monte vulgo *St. Bonnet-le-Froid* prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Statura N. *myrtilli* at paullo minor. *Alæ anticæ* fuſcæ, nitentes, ſtriga obſoleta undata, obſcuriore. *Poſticæ* nigræ, faſcia media lata, flava margineque albicante. *Subtus* antice fuſcæ, faſcia flava. *Poſticæ* flaveſcentes.

Meretrix. 291. P. N. (la courtiſanne) criſtata, alis incumbentibus griſeis, lunula centrali fuſca inter ſtrigas albidas, poſticis baſi albidis. *App. p.* 507.

*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.*

*Deſc.* *Corpus* cinereum. *Alæ* griſeæ ſ. cinereæ, atomis numeroſiſſimis fuſcis, puncto baſeos fuſco, tunc ſtriga albida, in medio punctum minutiſſimum lunulaque magna fuſca; pone hanc ſtriga altera albida. Margo poſticus obſcurior, ſtriga punctorum nigrorum. *Poſticæ* baſi albidæ, apice fuſcæ.

Argentea. 292. P. N. (l'argentée) criſtata, alis deflexis, anticis viridibus, maculis argenteis ſparſis. *App. p.* 507.

*Arch. inſ. Herbſt. monog. cum fig.*

*Hab.* *in* Germaniæ artemiſia ſylveſtri.

*Larva* piloſa viridis, verrucis dorſalibus lateralibuſque rufis.

*Puppa* flaveſcens.

*Deſc.* *Imago* media. *Antennæ* ſetaceæ. *Caput* & *thorax* viridia, argenteo variegata. *Abdomen* albidum. *Alæ* læte

viridescentes, maculis 7, 8 margineque poſtico argenteis. *Poſticæ* albæ, margine poſtico obſcuriore.

*Ex inſ. pariſ. D. Geoff. Entom.que pariſ.*

Fluctuans. 293. P. N. (le flot) alis deflexis cinereo-fuſcis, ſuperioribus faſcia undoſa triplici, punctoque obſcuro marmoratis.
*Hab. in* Europa. In Gallia, frequens prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Inter majores numeranda. *Alæ ſuperiores*, ſtrigis tribus in 4 partes diviſæ : duæ primæ griſeæ fuſco punctatæ, ultimæ obſcuriores. Inter primam ſecundamque ſtrigam maculæ ordinariæ ; inferior reniformis, ſuperior puncto nigro vix viſibili. *Alæ* omnes *infra* concolores, ſed minus magiſve griſeæ.

Aſtroites. 294. P. N. (la quadrimaculée) nigra, alis deflexis, ſingulis macula alba.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum frequentiſſima. V.
*Deſc.* Minor. In omnibus noſtris ſpeciminibus. *Alæ ſuperiores* nigræ, macula alba quæ marginem exteriorem tangit. In alis inferioribus facia potius quam macula, ſed, alis mediocriter expanſis, quatuor maculæ albæ adparent ſupra. Utriuſque paginæ nigredo nitidus.

Conſtellata. 295. P. N. (l'étoilée) alis deflexis nigris, ſingulis duabus maculis & lineis undulatis albis.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Magnitudo ſtructuraque præcedentis. *Alæ ſuperiores* fuſco-griſeæ, baſi albæ, ad marginem exteriorem

R iv

macula alba. *Inferiores alæ* in medio albæ, albedine punctis aut faſciis interrupta. *Faſcia* poſtica lata fuſca infra & ſupra. Affinis phal. *albicollis. D. Fab.* ſed in hac, litura punctata nigra ad angulum ani, quæ in illa, deeſt. V.

Funebris. 296. P. N. ( la funebre ) alis deflexis nigris, lineis punctiſque albis.
*Hab. in* Europa. Circa Lugdunum. V.
*Deſc.* nigra. *Alæ ſuperiores* ſupra lineis albis undatis notatæ. *Inferiores*, maculis albis. *Infra* omnes griſeæ, faſciis nigris in parte poſteriori, punctis nigris in ſuperiori.

Bifaſciata. 297. P. N. ( la bifaſciée ) albis deflexis fuſcis, ſuperioribus faſcia duplici obliqua alba.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Præcedentibus minor. *Alæ ſuperiores* obſcuræ, ſtrigis duabus albis ad baſin, aliis obliquis. *Inferiores* infra & ſupra griſeæ.

Nacarata. 298. P. N. ( la nacarat ) alis roſeo purpureoque variegatis, ſuperioribus macula duplici marginali alba.
*Hab. in* Europa. In Galliæ ulmo. V.
*Larva* viridis, faſciis longitudinalibus pallidioribus. Intra ulmi folia quieſcens.
*Deſc.* Licet accurata videatur *De Geoff.* deſc. difficile tamen determinanda hæc phal. datur in noſtro muſeo ſimilis, ſed duo puncta nigra apicis marginis exterioris deſunt; inde dubium moxque noſtram deſcribam.

Herminata. 299. P. N. ( le petit gris ) alis deflexis fuſco nebuloſis, ſuperioribus maculis irregularibus albis.

*Hab. in* Europa. In Gallia ubique. V.
*Deſc. D. Geoff.* optima. *Alæ ſuperiores* griſeæ, fuſco nebuloſæ, maculis albis irregularibus quarum inſignior triangularis in medio cujus macula nigra. In noſtro ſpecimine. *Thorax* albo, nigro griſeoque variegatus uti in phalæna *polymita*.

Irregularis. 300. P. N. (l'irréguliere) ſeticornis ſpirilinguis, alis ſuperioribus nigro-fuſcis, limbo pallido, inferioribus fuſcis, macularum albidarum ſerie duplici tranſverſa.
*Hab. in* Europa.
Hanc & ſequentes non vidi. An omnes noctuæ? V.

Circulata. 301. P. N. (la cerclée) ſeticornis ſpirilinguis, alis fuſco-cinereis, punctis nigris faſciatim diſpoſitis & macula circulari.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Affinis videtur noſtro C-nigro, ſed macula circulari. V.

Heſperidea. 302. P. N. (l'orangere) ſeticornis ſpirilinguis, alis aurantiis, inferioribus baſi faſciaque nigra.
*Hab. in* Europa.

Uſta. 303. P. N. (la brûlée) ſeticornis, ſpirilinguis, alis cinereo-nigris & veluti deuſtis.
*Hab. in* Europa.

Graminea. 304. P. N. (le lampas vert) ſeticornis ſpirilinguis, alis virideſcentibus, faſciis irregularibus albis, nigro terminatis.

*Hab. in* Europa.
*Obſ.* An noct. *argenteæ D. Fab.* varietas ? V.

Milleſima. 305. P. N. ( la milleraie ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis albis, nervis longitudinalibus luteſcentibus denſis.
*Hab. in* Europa.

Heraclitæa. 306. P. N. ( la funéraire ) ſeticornis, ſpirilinguis, fuſca, alis ſuperioribus maculis albidis, longitudinaliter & tranſverſim poſitis.
*Hab. in* Europa.

Pulchella. 307. P. N. ( la mignone ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis albis, lineis undulatis nigris, macula triplici obſcura, pedibus nigro interſectis.
*Hab. in* Europa.

Marina. 308. P. N. (l'ondée) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis fuſcis, faſcia lata tranſverſa punctoque obſcuriore.
*Hab. in* Europa.

Chryſopallida. 309. P. N. ( la damaſſée jaune ) ſeticornis, ſpirilinguis, faſciis undulatis luteis, media latiore fuſca, puncto nigro.
*Hab. in* Europa.

Antrorum. 310. P. N. ( la damaſſée brune ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis fuſcis, faſciis undulatis albis, ſubtus puncto nigro.
*Hab. in* Europa.

Nocturna. 311. P. N. ( la nocturne ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis fuſcis, ſupra lineis quatuor undulatis obſcurioribus.
*Hab. in* Europa.

Mandarina. 312. P. N. ( la mandarine ) ſeticornis , ſpirilinguis , alis deflexis fuſcis , omnibus inferne , inferioribus ſupra faſcia tranſverſa crocea.
*Hab. in* Europa.

Ocularis. 313. P. N. ( l'oculaire ) ſeticornis , ſpirilinguis , alis corporis circumvolutis , cinereis , albicantibus , macula interna connexa fulva.
*Hab. in* Europa.

Pommacea. 314. P. N. ( l'omicron vert ) ſeticornis , ſpirilinguis , alis deflexis fuſcis , ſuperioribus macula alba , faſciis undulatis , omicro viridibus , inferioribus cinereis.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Affinis N. *algæ D. Fab.* V.

Littorea. 315. P. N. ( la brunette ) ſeticornis , ſpirilinguis , alis deflexis fuſcis , parte antica obſcuriore , poſtica macula duplici fuſca.
*Hab. in* Europa.

Donzella. 316. P. N. ( la donzelle ) ſeticornis , ſpirilinguis , capite nigro , alis deflexis pallidis , ſuperioribus faſciis albis ſtriiſque luteſcentibus minute marmoratis.
*Hab. in* Europa.

Pretioſa. 317. P. N. ( le jaſpe brun ) ſeticornis , ſpirilinguis , alis deflexis cinereis , fuſco nigroque marmoratis nitentibus.
*Hab. in* Europa.

Opalæa. 318. P. N. ( l'opale ) ſeticornis , ſpirilinguis , alis deflexis fuſcis , limbo albido , faſciâ lata ſinuata , ſubcærulea nitente.
*Hab. in* Europa.

Pellicea. 319. P. N. ( l'herminée ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis fuſcis, maculis albis numeroſis connexis.
*Hab. in* Europa.

Doliata. 320. P. N. ( les cerceaux ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis fuſcis, faſciis tranſverſis flavis, nonnullis connexis.
*Hab. in* Europa.

Franciſcana. 321. P. N. ( la ceinture ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis fuſcis, ſuperioribus maculis aliquot obſcuris, inferioribus tranſverſa flava.
*Hab. in* Europa.

Arcuata. 322. P. N. ( l'arquée ) ſeticornis, ſpirilinguis, antennis fulvis, alis deflexis albidis, faſciis arcuatis nigricantibus.
*Hab. in* Europa.

Hiſpana. 323. P. N. ( la doublure brune ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis infra fuſcis, ſupra lineis undulatis fuſcis.
*Hab. in* Europa.

Modeſta. 324. P. N. ( la modeſte ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis albidis, lineis tranſverſis maculaque duplici externa oblonga, fuſcis.
*Hab. in* Europa.

Auriculata. 325. P. N. ( les panaches ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis deflexis ſubrubeſcentibus, faſcia media luteſcente, margine alarum externo interſecto.
*Hab. in* Europa.

*Ex Faun. Fridr.*

Flava. 426. P. N. ( la jaune ) ſpirilinguis, criſtata, alis omnibus immaculatis flavis.

*Hab. in* Europæ nemoribus. In Breſſiæ ſylvis. V.
*Deſc.* Noſtra media, etiam minor, tota unicolor ſcilicet lutea. V.

Pratenſis. 327. P. N. (des prés) ſpirilinguis, criſtata, alis fulvis, maculis novem luteis.
*Hab. in* pratis. In Gallia prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Variat numerus macularum, quarum plurimæ aliquoties connexæ. V.

Secalis. 328. P. N. (du ſeigle) ſpirilinguis, criſtata, cinerea, thorace bipunctato, alis ſtrigis maculiſque tribus, ſubtus punctatis.
*Hab.* in Europæ ſpica ſecalis.

Deſolata. 329. P. N. (la déſolée) ſpirilinguis, criſtata, alis faſcia media undulata, alba, prioribus faſciis macula baſeos flava, poſticis griſeis.
*Alb. inſ. t.* 85.
*Hab. in* Europæ corylo & tilia. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Noctua elegans fuſca aut nigro-fuſca. *Alæ* omnes, ſtriga undulata alba. Affinis *perſicariæ* varietati. V.

Jutica. 330. P. N. (les courbes) criſtata, alis griſeis, ſuperioribus ſtrigis ſerpentibus quatuor fuſcis, omnibus margine poſtico maculatis.
*Hab. in* Europæ nemoribus.
*Obſ.* Error in citatione *Rœſ. phal.* 2. *t.* 38. nam phal. hujus tab. eſt certe Bomb. *pudibunda Linn.* An noctua?

Heteroclita. 331. P. N. (l'hétéroclite) ſubcriſtata, capite erucæ, antennis nullis, alis

albis, lineis tranſverſim undatis punctatiſque marginalibus nigris.

*Hab. in* Europæ Epilobio.

*Obſ.* Phalæna ſine antennis eſſet naturæ incredibilis abberratio; dubium igitur legitimum. V.

*Ex Ent. D. Scop.*

Rubiginoſa. 332. P. N. (la rouillée) alis anticis ſupra ferrugineis, lunula media nigra.

*Hab. in* Carnioliæ herbidis. Prope Lugdunum. V.

*Deſc. Corpus* utrinque ferrugineum. *Oculi* brunnei. *Alæ anticæ* lunula cornibus ſuis craſſiorem marginem reſpicit. *Alæ poſticæ* ſupra murino-ferrugineæ, *ſubtus* magis ferrugineæ, faſcia obſoleta maculaque fuſcis.

*Obſ.* In noſtris lunula nigra inter duas ſtrigas nigras. V.

Clavipalpis. 333. P. N. (la maſſé) alis anticis cervinis, margine craſſiore punctis 4 nigris.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc. Alæ anticæ* ſubfuſco leniter nebuloſæ, puncto nigro verſus baſin. *Subtus* pallidæ, margine inferiore ſubperlato. *Poſticæ* utrinque albidæ immaculatæ. *Dorſum* læve, valvis ſubtrigonis. *Palpi* clavati, compreſſi. *Tibiæ* ſupra fuſceſcentes, albidis annulis variegatæ.

*Ex noſt. Muſ.*

Olivacea. 334. P. N. (l'olive) ſeticornis, ſpirilinguis, lævis, alis ſuperioribus olivaceis, maculis nigris, femoribus tibiiſque anticis hirſutis. *t.* 5. *f.* 9.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. circa Hierſum.

*Deſc.* Maxima. *Antennæ* fuſcæ ſ. nigricantes. *Alæ ſuperiores* olivaceæ, maculis duabus; una fuſceſcente in medio, altera nigricante in margine craſſiori. Faſcia rubeola alam terminat. *Subtus* luteæ, in ſingula maculæ tres nigræ longitudinales tranſverſim poſitæ. *Alæ inferiores* luteæ, faſcia nigra dentata, ſubtus non conſpicua. *Thorax* vellere griſeo tectus. *Abdomen* alarum paginæ inferiori concolor. *Pedes* antici monſtroſi; nam tarſes filiformes. Affinis valde phal. *tirrhææ*, *Cram.* 15. *t.* 172. *f. E.*

Securis. 335. P. N. (la hache) ſpirilinguis, alis incumbentibus brunneis, ſecuri aurata in medio. *t.* 5. *f.* 10.

*Hab. in* Europa. In Delphinatu a *D. la Billardiere* lecta.

*Deſc. Palpi* rubri. *Collare* rubrum. *Alæ ſuperiores* brunneæ, macula aurata ſecuriformi in medio, cum congenere filo aureo unita. Certo ſitu alæ medium flavum. *Margo* poſticus griſeo-nitidus. Subtus *Alæ ſuperiores* rubro tinctæ, *inferiores* luteæ. Pectus rubrum.

Canterius. 336. P. N. (le chevron) ſpirilinguis criſtata, albido-griſea; ſtriga obliqua. *t.* 5. *f.* 11.

*Hab. in* Europa. In ſylvis *De Vaſſieu* prope Lugdunum.

*Deſc.* Minor. Criſta *thoracis* nigra. *Alæ ſuperiores* albido-griſeæ, ſtriga a medio marginis interioris deſcendente verſus apicem alæ canteriumque cum congenere, alis clauſis, formante;

Nigricollis. 337. P. N. ( le collier noir ) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis margaritaceis, lunula difformi collare atro. *t.* 5. *f.* 12.
*Entom. pariſ.* 161 ?
*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. quercu.
*Deſc.* Magnitudo media. *Alæ ſuperiores* albidæ, margine poſtico obſcuriore. In medio alæ lunula nigreſcens male terminata. *Alæ inferiores* ſubtus canæ. *Collare* atrum.

C-Nigrum. 338. P. N. ( le C-noir ) ſpirilinguis lævis, alis griſeis deflexis, C-nigro notatis. *t.* 5. *f.* 13.
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* griſeæ, C punctiſque nigris notatæ, quorum unum majus; alia horizontaliter diſpoſita ita ut hæ maculæ punctum interrogationis compoſitum efficiant. *Infra* alæ omnes rubello tinctæ. Diverſiſſima a phal. C-nigro *D. Linn.* & *D. de Geer.* Variat, nam in uno ſpecimine puncta ſine littera conſpiciuntur.

Geniſtæ. 339. P. N. ( du genêt velu ) ſpirilinguis, lævis; alis depreſſis griſeis, maculis griſeis ſparſis ad marginem craſſiorem. *t.* 5 *f.* 14. larva 15.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. prope Nemauſum.
*Larva* nuda, viridis, lineis longitudinalibus nigris.
*Deſc.* Magnitudo phal. *quercus. Alæ ſuperiores* triſte griſeæ, maculis nigris ſ. potius punctis craſſis in parte anteriore. *Subtus* omnes obſcuriores atomis nigris irroratæ, faſcia nigra in medio.

Margaritacea. 340. P. N. ( la perlée ) ſpirilinguis, alis deflexis, margaritaceis, margine poſtico obſcuro. *t.* 5. *f.* 16.

*Hab.*

*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum, ſed rara.
*Deſc.* Inter medias numeranda. *Alæ ſuperiores* margaritæ colore; margo exterior nigro punctatus. In medio macula parva nigra. In parte poſteriori fimbria triſtis. *Alæ inferiores* infra albæ, ſuperiores ut ſupra; lineola nigra ante fimbriam.

10-Puncta-ta. 341. P. N. (les dix points) ſpirilinguis; alis deflexis clareſcente griſeis, punctis nigris decem. *t.* 5. *f.* 17.
*Hab. in* Europa. In ſylvis vulgo *De Vaſſieu*, prope Lugdunum.
*Deſc.* Magna inter medias. *Superiores alæ* griſeæ, fuſco mixtæ, ad baſin fere 2 punctis nigris, tribus aliis inferius: alis clauſis, hæc decem puncta figuram trapezinam efficiunt, cujus latus ſuperius rectum, inferius curvum. *Alæ inferiores* infra albidæ.

Fulva. 342. P. N. (la fauve) ſpirilinguis, criſtata, alis fulvis, ſtriatis, punctis nigris irroratis.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.
*Deſc.* Thoracis criſta duplici vulva. *Alæ ſuperiores* valde ſtriatæ, punctis nigris rarioribus; ſtriæ prope marginem poſticum lineolis nigris oneratæ. *Antennæ* nigræ.

Gemina. 343. P. N. (les gemeaux) ſpirilinguis, lævis, fulva, puncto gemino nigro ad alæ apicem.
*Hab. in* Europa. In Breſſia.
*Deſc.* Magnitudo fere præcedentis. *Alæ ſuperiores* fulvæ, punctis duobus approximatis in medio inferiori. *Subtus* non adparent. *Antennæ* craſſæ.

Teſſelata. 344. P. N. (l'échiquier) ſpirilinguis, criſtata, alis deflexis nigro-fuſco teſſelatis. *t.* 5. *f.* 18.

*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum.

*Larva* hirſuta, a *D. Blain* educata.

*Deſc.* Mediæ magnitudinis. *Alæ ſuperiores* albæ, roſeo tinctæ, 13 maculis nigro-fuſcis inæqualibus, omnibus fere triangularibus. *Majores* in alæ medio, marginem exteriorem prope. *Inferiores* roſeæ infra, maculis plurimis, ſed aliquoties punctis aliquot macularum loco, eodem modo diſpoſitis ad marginem exteriorem poſticumque. *Thorax* roſaceus, faſciis ſ. criſtis tribus nigro-fuſcis oblongis notatus. Egregia hæc phal. vere noctua.

Ulmi. 345. P. N. (de l'orme) ſpirilinguis, lævis, alis depreſſis, fere plicatis, corpore luteo. *t.* 5. *f.* 19.

*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. ulmo.

*Larva* nuda, flavicans, cauda duplici.

*Deſc.* Magnitudo media. Bomb. ſimilis ſed noctua. *Thorax* valde hirſutus. *Alæ ſuperiores* griſeo, nigro alboque marmoratæ, ſtriatæ, parum plicatæ. *Subtus* fuſcæ. *Inferiores alæ* breves, tribus punctis nigreſcentibus in pagina inferiori.

L'S. 346. P. N. (l'S) ſpirilinguis, lævis, collare nigro, alis griſeis, ſupra *S* nigro inverſo. *t. f.* 20.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.

*Deſc.* Major inter medias. *Collare* atrum in thoracis parte antica. *Alæ ſuperiores* griſeæ, maculis duabus nigris, una ſagittata ad baſin, altera albo marginata, macula nigra, quodam modo *S*

inverſi formam repræſentante. *Subtus* alæ omnes pallidæ.

Napelli. 347. P. N. (du napel) ſpirilinguis, criſtata, alis luteſcentibus, lunulis punctiſque argenteis. *t.* 5. *f.* 21.

*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. napelli. lecta aurelia in foliis napelli. *Larva* incognita.

*Deſc. Palpi* inſigniter reflexi. *Thorax* tripliciter criſtatus, criſta media bifida. *Alæ ſuperiores* luteſcentes, ſtrigis duabus, inferiori angulata. In medio alæ duæ *lunulæ* argenteæ intra quas puncta tria argentea poſita ſunt. Alæ omnes *ſubtus* atomis fuſcis adſperſæ.

Roſacea. 348. P. N. (la roſacée) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis roſeo dimidiatis.

*Entom. pariſ.* vinoſa ?

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. Prope Nemauſum. In ſylvis vulgo *de la Pape*, a *D. Blain* lecta.

*Deſc.* Facies geometræ. *Alæ ſuperiores* antice albæ, poſtice roſaceæ. Striga luteola colores ſeparat. *Alæ inferiores* albidæ.

Manicata. 349. P. N. (les manchettes) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis purpuraſcentibus, ſtrigis undulatis, pedibus maris manicatis. *t.* 5. *f.* 22.

*Hab. in* Europa. In Breſſia.

*Deſc.* minor. *Thorax* fuſco-luteus. *Alæ ſuperiores* fuſco-purpuraſcentes, ſtrigis duabus purpureis nigro marginatis. Maculæ ordinariæ inter ſtrigas; ſuperior obliqua, inferior reniformis; ex hac oritur ſtriga inferior. Ad angulum poſticum tres lineolæ luteæ. *Pedes* ante-

riores maris valde lanati, in fœmina ſimplices. *Alæ inferiores* ſupra fuſcæ, infra albidæ, puncto arcuque obſcuris.

Sagitta. 350. P. N. (le trait) ſpirilinguis, lævis, alis incumbentibus griſeis, ſagitta parva, nigra fere in medio. *t.* 5. *f.* 23.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Major. Tota griſea. Maculæ ordinariæ alis fere concolores. In medio fere alarum anticarum ſagitta parva nigro-fuſca, obliqua. Omnes alæ *infra* griſeæ, puncto fuſco *ſubtus* in medio inferiorum.

Varia. 351. P. N. (la variée) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis, purpureo, nigro alboque variegatis, puncto albo.

*Hab. in* betula. In Breſſiæ ſylvis.

*Deſc.* Minor. Puncto albo facile dignoſcitur, licet laborioſa ſit deſcriptio. *Alæ ſuperiores* undulatæ, undis albis nigro cinctis vel nigris albo marginatis. Macula reniformis in medio fuſca, dein alba, poſtea in parte anteriore nigro terminata. Macula rotunda ſ. punctum album annulo nigro circumdatum. Aliquæ maculæ ovales arctiſſimæ in medio alæ. *Subtus* omnes griſeæ, *inferiores* minus obſcuræ.

Scapularis. 352. P. N. (l'épaulette) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis fuſcis, ſcapulari albido.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis frequens.

*Deſc.* Minor. *Thorax* griſeus. *Alæ ſuperiores* griſeo-fuſcæ; maculæ ordinariæ griſeæ. Scapulis griſeis mox diſtinguitur. *Alæ omnes* infra obſcure griſeæ. Faſcia obſcura in medio alæ inferioris.

Concava. 353. P. N. (la concave) ſpirilinguis, criſtata, alis depreſſis albis, in parte inferiori concavis, ſubtus niveis.
*Deſc.* Minor. *Thoracis* criſta fuſca. *Alarum anticarum* margo poſticus albo fuſcoque diſſectus. Marginis interioris medium obſcurum, cætera alba. Concavitas nivea. *Subtus* alæ omnes niveæ, ſed *corpus* album, nitidum uti *B.* ſalicis alæ.

Ovalis. 354. P. N. (l'ovale) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis nigris, macula ovali griſea.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. rariſſima.
*Deſc. Thorax* griſeus. *Alæ ſuperiores* nigræ. Macula reniformis alæ concolor, altera macula ordinaria ovalis thoracis concolor. *Subtus* alæ omnes griſeæ, ſed *inferiores* in medio albidæ.

Maculoſa. 355. P. N. (la maculée) ſpirilinguis, lævis, alis incumbentibus, fuſco-undatis, macula alba trigona in margine exteriori.
*Hab. in* Europa. Prope Nemauſum in ſylvis vulgo *bois des chanoines.*
*Deſc.* Parva. Macula trigona ad partem inferiorem marginis exterioris optima eſt nota.

Faſciola, 356. P. N. (la bandelette) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis cervinis, faſcia longitudinali nigra.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.
*Deſc.* Magnitudo media, *Thorax* griſeus, in medio fuſcus. *Alæ ſuperiores* cervinæ, litura nigra ab alarum apice uſque ad marginem poſteriorem extenſa, in medio fere interrupta, tum ramoſa, nigra, curva, maculam infe-

riorem tangente poſteaque ad marginem poſticum deſcendente. *Alæ inferiores* in utraque pagina albidæ.

Strigoſa. 357. P. N. ( l'épuiſée ) ſpirilinguis, alis deflexis griſeis, ſtrigis tribus c[illegible]ris, punctulo nigro.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.

*Deſc.* Inter medias minor. *Thorax* fuſcogriſeus. *Alæ* deflexæ griſeæ, macula nigra marginem interiorem prope, litura griſea in medio. Maculæ ordinariæ inter primam ſecundamque ſtrigam. Omnes alæ *infra* fuſcæ.

Picta. 358. P. N. ( la peinte ) ſpirilinguis, alis incumbentibus luteis, punctis fuſcis irregularibus adſperſis.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.

*Obſ.* Colore luteo punctiſque difformibus ſatis diſtinguitur.

Fimbria-minor. 359. P. N. ( la petite frange ) ſpirilinguis, lævis, alis incumbentibus, purpureo tinctis, in medio griſeis. *t.* 5. *f.* 24.

*Hab. in* Europa. In Occitania.

*Deſc. Alæ inferiores* ut in phal. *Fimbria* cui ſimillima, ſed duplo minor.

Pini. 360. P. N. ( du pin ) ſpirilinguis, lævis, alis rubro, albo fuſcoque variegatis, puncto albo.

*Hab. in* Europa. In pinis Galliæ frequens tota æſtate.

*Deſ.* Elegans phal. *Alæ ſuperiores* rubellæ, ſed albo fuſcoque colore variegantur. *Thorax* alis ſuperioribus concolor. Macula reniformis rubra, rotunda alba. *Subtus* omnes fuſcæ.

*Larva* nuda, viridis, albo lineata.

Pronuba-minor. 361. P. N. ( le petit hibou ) ſpirilinguis, criſtata, alis incumbentibus griſeis.
*Hab. in* Europa. In Breſſia.
*Deſc.* Similis omnino noct. *pronubæ*, ſed minor. *Alæ inferiores* ut ſuperiores *ſubtus*; ſpecies igitur diverſa.

Crocea. 362. P. N. ( la ſaffranée ) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis croceis, lunula fuſca.
*Entom. pariſ.* 195?
*Hab. in* Europa. Circa Lugdunum.
*Deſc. Thorax* luteo-virideſcens. *Alæ ſuperiores* fere croceæ, macula ordinaria fuſca, dentata, ſolitaria. *Subtus* omnes alæ albidæ, faſcia fuſca fere marginali.

Triquetra. 363. P. N. ( la triangulaire ) ſpirilinguis, criſtata, alis deflexis griſeis, maculis tribus albido-griſeis, approximatis.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ nemoribus.
*Deſc.* Magnitudo media. *Alæ ſuperiores* griſeæ, in medio fuſcæ. Maculæ tres albidæ in hac nigredine, duæ ordinariæ; tertia, quæ tangit maculam orbiculatam, parte inferiori dentata, faſcia poſtica albida. *Alæ inferiores* & infra fuſcæ. Punctum fuſcum arcuſque fuſcus in pagina inferiori.

Pigra. 364. P. N. ( la pareſſeuſe ) ſpirilinguis, lævis, alis incumbentibus nigricantibus inferioribus teſtaceo-rubris.
*Kleman. t.* 18.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum rara.
*Deſc.* Tota ſupra nigricans. *Alæ inferiores* ſupra teſtaceo-rubræ; *infra* omnes albidæ, atomis rubellis adſperſæ. *Corpus* craſſum ratione magnitudinis. Tarde volitat.

Ornata. 365. P. N. (la parée) ſpirilinguis, lævis, alis griſeis, punctis auroris adſperſis.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 53?
*Wilk. p.* 7. *cl.* 1. *a.* 14.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.
*Deſc. Alæ ſuperiores* griſeæ, macula fuſca. *Subtus* omnes modo albidæ, modo fuſcæ. *Thorax* ſemi-circulis auroris ſæpe cinctus. *Alæ ſuperiores* punctis auroris ſeu atomis auroris ornatæ.

Diſcolor. 366. P. N. (la bigarrée) ſpirilinguis, lævis, alis griſeo alboque variis, punctis luteis raris.
*Roeſ. phal.* 2. *t.* 55?
*Wilk. p.* 7. *cl.* 1. *a.* 15.
*Hab. in* Europa. In Breſſia *ibid.*
*Deſc.* Major præcedenti cui affinis, ſed punctis luteis rarius adſperſa. *Alæ inferiores* albidæ, puncto & arcu fuſcis.

Stigmoſa. 367. P. N. (la ſtigmatiſée) ſpirilinguis, alis deflexis fuſcis, in medio albidis, ſtigmatibus nigris.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. prope Nemauſum.
*Deſc.* Magnitudo media. *Alæ ſuperiores* fuſcæ, in medio albæ ſ. albicantes. Maculæ ordinariæ in hac albedine: inferior reniformis, in utraque pagina ambæ conſpicuæ. *Alæ inferiores* albæ, faſcia lata marginali, fuſca, macula fuſca in alæ medio.

Pallium. 368. P. N. (le manteau) ſpirilinguis, criſtata, thorace pallio griſeo tecto. *t.* 5. *f.* 25.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. rara.
*Deſc.* Inter mediocres minor. *Alæ* in-

cumbentes obſcuræ. Pallio thoracis griſeo facile dignoſcitur.

4-maculo-ſa. 369. P. N. ( la quadrimaculée ) ſpirilinguis, alis incumbentibus, quatuor maculis albis.

*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum.

*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* albido-griſeæ; in medio quatuor maculæ albidæ, quarum duæ ordinariæ, tertia ad marginem interiorem, quarta inferior marginem tangit, faſcia albida ex apice alæ adſcendens, ultima macula terminalis. *Thorax* valde villoſus.

Fuſca. 370. P. N. ( la brune ) ſpirilinguis, criſtata, alis incumbentibus fuſcis, albo variis.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ nemoribus.

*Deſc.* Minor. *Thorax* alis ſuperioribus concolor. *Alæ* fuſcæ, punctis albis parvis variegatæ. *Subtus* canæ. *Inferiores* ſupra & infra fuſco marginatæ.

Strigata. 371. P. N. ( la rayée ) ſpirilinguis, alis incumbentibus albis, ſtrigis nigris maculiſque cæruleſcentibus.

*Hab. in* Europa. Frequens in his regionibus.

*Deſc.* parvula. *Alæ obſcuriores*, plurimis ſtrigis tranſverſalibus ſectæ, maculis cæruleſcenti - griſeis longitudinaliter diſpoſitis. *Alæ inferiores* ſubtus albæ, puncto fuſco.

Tranſverſalis. 372. P. N. ( la tranſverſale ) ſpirilinguis, lævis, alis griſeo fuſcoque variis, faſcia tranſverſali alba.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. prope Nemauſum.

*Deſc.* Parva. Faſcia alba tangens macu-

lam rotundam, ordinariam. Macula inferior reniformis. Alis clauſis, faſcia tranſverſalis alba.

Margino-ſa. 373. P. N. (l'encadrée) ſpirilinguis, criſtata, alis griſeis, margine interiore nigris.
*Entom. pariſ.* 1612?
*Hab. in* Europa. In Breſſia.
*Deſc.* Magnitudo media. *Alæ ſuperiores* griſeæ, margine interiore fuſco-nigræ.

Tricolor. 374. P. N. (la tricolor) ſpirilinguis, alis incumbentibus, parte interiori & poſtica luteſcentibus, media albida.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.
*Deſc.* Minor. Singularis hæc ſpecies. *Alæ ſuperiores* in quatuor areas diviſæ; prima luteſcens ſtriga alba clauſa; ſecunda luteſcens, maculis tribus fuſceſcentibus; dein tertia ſtriga & area albida quam ſequitur faſcia quaſi aurata. *Alæ inferiores* infra ad baſin luteſcentes, nitido-griſeæ in parte inferiori.

Lactucæ. 375. P. N. (de la laitue) ſpirilinguis, alis incumbentibus griſeis, inferioribus albidis, faſcia lata nigra.
*Rœſ. phal. cl.* 2. *t.* 42.
*Hab. in* Europa. In Galliæ hortis.
*Larva* nuda, linea flava dorſali.
*Deſc.* Majuſcula. *Tota* griſea. Lineola nigra tenuis, in parte alarum antica, altera in medio extenſa.

Punctum-album. 376. P. N. (l'étoile) ſpirilinguis, alis ferrugineis, puncto albo in medio.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum frequentiſſima.
*Deſc.* Minor inter medias. Punctum album.

ſolitarium in medio alarum anticarum. *Alæ inferiores* & pars ſuperiorum maxima, nitida & quaſi argentea. Variat. Alæ omnes *ſubtus* fuſcæ.

Tortuoſa. 377. P. N. (la tortueuſe) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis, ſuperioribus ſtriga flexuoſa nigra.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.

*Deſc.* Facies geometræ, minor. Striga nigra flexuoſa dimidiam *alæ ſuperioris* partem percurrit. In parte anteriori maculæ quatuor flavæ, tranſverſe poſitæ, faſciaque lutea prope marginem poſticum.

Inciſa. 378. P. N. (la découpée) ſpirilinguis, criſtata, alis ſuperioribus griſeis, fuſco undatis, faſcia albida dentata ſ. inciſa.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.

*Deſc.* Magnitudo media. *Thorax* vellere fuſco veſtitus. *Alæ ſuperiores* griſeæ, ſtriga alba dentata, faſcia fuſca etiam dentata in medio alæ. *Subtus* omnes albidæ.

Griſea. 379. P. N. (la griſe) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis griſeis, inferioribus albis.

*Entom. pariſ.* 162?

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ quercu.

*Deſc.* Minor. *Tota* ſupra griſea. Striga punctata, ſupra quam maculæ ordinariæ obſcure griſeæ, albido-griſeo cinctæ. *Alæ inferiores* albo fuſcoque longitudinaliter diviſæ. *Superiores* infra fuſcæ.

Subnigra. 380. P. N. (la rembrunie) ſpirilinguis, alis deflexis griſeis, faſcia fuſca obliqua.

*Hab. in* Europa. In Galliæ quercu.

*Deſc.* Minor. *Thorax* griſeo-fuſcus. *Alæ*

*ſuperiores* griſeæ, fuſco-punctatæ, faſcia fuſca, obliqua, flexuoſa. Maculæ ordinariæ vix conſpicuæ. *Alæ inferiores* ſubtus fuſcæ aut albidæ.

Caliginoſa. 381. P. N. (la ſombre) ſpirilinguis, lævis, alis ſuperioribus caliginoſis, ſtigmatibus flavis. *t.* 5. *f.* 26.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. circa Nemauſum.

*Deſc. Thorax* hirſutiſſimus. *Corpus* hirſutum. *Alæ ſuperiores* obſcuriſſimæ. Maculæ ordinariæ flavæ. *Subtus* alæ omnes obſcuræ.

Nitens. 382. P. N. (la brillantée) ſpirilinguis, lævis, alis incumbentibus, certo ſitu nitentibus. *t.* 5. *f.* 27.

*Hab. in* Europa. In Breſſia.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* primo intuitu obſcuræ, variis maculis nigris fere totam aream obtegentibus, ſed reipſa, certo ſitu fulgidæ, quodam colore aurato flaveſcentes ubi deſunt maculæ ſtrigæque nigræ. *Superiores* infra griſeæ. *Inferiores* ſupra ut ſuperiores infra. *Subtus* argentato - albidæ. *Antennæ maris* craſſæ luteæque, *fœminæ* fuſcæ, ſetaceæ.

Jaſpidea. 383. P. N. (le jaſpe vert) ſpirilinguis, criſtata, alis fuſcis, viridi marmoratis. *t.* 5. *f.* 28.

*Hab. in* Europa. In pruno ſpinoſa montium Lugdunenſium.

*Larva* nuda, fuſca, tribus primis inciſuris valde incraſſatis.

*Deſc.* Facies noct. *atriplicis* ſed paullo minor. *Antennæ* fuſco - luteſcentes. *Thorax* criſtatus, vellere ſpiſſo tectus.

*Alæ ſuperiores* viridi longitudinaliter marmoratæ. Stigmata albida, in medio luteſcentia, inter duas lineas virides diſpoſita. Margo poſticus viridi maculatus, ſed caput thoraxque ſine viridis mixtura. Alæ omnes *ſubtus* fuſcæ. Margo anticarum exterior poſtice, tribus quatuorve punctis albidis.

Agilis. 384. P. N. ( l'agile ) ſpirilinguis, alis ſuperioribus deflexis, inferioribus luteis, faſcia nigra terminali, ut in noct. *pronuba.*

*Hab. in* Europa. Circa Nemauſum.

*Deſc.* Magnitudo præcedentis. *Alæ ſuperiores* læte griſeæ, macula obſcura in margine interiori. Maculæ ordinariæ griſeæ, nigro cinctæ, inferior reniformis. Faſcia incarnata marginem poſticum prope. *Inferiores* luteæ, faſcia lata fuſca, fere marginali. Superiores *ſubtus* pallide incarnatæ, faſcia fuſca ad angulum exteriorem.

Populeti. 385. P. N. ( des ſauſſaies ) ſpirilinguis, alis incumbentibus griſeo nitidis, ſtriga poſtica punctorum nigrorum. *F. B.* 135.

*It. Norwag.*

*Hab. in* populo tremula Norwagiæ. *D. Stroem.* In Galliæ ſalicetis. V.

*Larva* viridis, capite nigro maculato, inter folia populi filis juncta.

*Obſ.* An noſtra eadem ſpecies? Larvam non vidi. Sed diagn. convenit. Minor inter medias. Omnes alæ *ſubtus* fuſcæ.

Corticina. 386. P. N. ( l'écorce ) ſpirilinguis, lævis, alis ſuperioribus corticinis, atomis fuſcis adſperſis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.

*Deſc.* Inter medias numeranda. *Alæ ſuperiores* corticinæ, atomis fuſcis, numeroſis, lente conſpicuis. *Corpus* ſubtus albidum, apice acuminatum. *Alæ inferiores* ſubtus albidæ.

L'V-Nigrum. 387. P. N. (l'V-noir) ſpirilinguis, lævis, *alis ſuperioribus* deflexis fuſcis, ſtrigis nigris, inferioribus luteis V nigro notatis.

*Hab. in* Europa. In montibus prope Lugdunum.

*Deſc.* Media. *Alæ inferiores* luteæ, faſcia marginali, lata, nigra. In medio faſciola nigra, inæqualis, obliqua, quæ, alis junctis, V majuſculum nigrum format.

4-Faſciata. 388. P. N. (la quadrifaſciée) ſpirilinguis, lævis, alis incumbentibus quadrifaſciatis.

*Hab. in* Europa. In Occitania. In loco dicto *Remoulin.*

*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* quadrifaſciatæ. Faſcia prima ad baſin, lata, virideſcenti-griſea, tribus aliis fuſcis, ſtrigis albidis interjectis. Alæ omnes *ſubtus* luteæ, macula fuſca in alarum anticarum pagina inferiori.

Quadrula. 389. P. N. (les quarrés) ſpirilinguis, lævis, alis deflexis ſubincarnato-griſeis, maculis quadratis nigris. *t.* 5. *f.* 29.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.

*Deſc.* Majuſcula. *Alæ ſuperiores* incarnato-fuſcæ. Maculæ ordinariæ quadratæ, nigræ, albido cinctæ, præter puncta tria nigra verſus baſin & aliud inter ſtigma ſuperius marginemque exteriorem. Pars poſtica ejuſdem alæ

obſcurior videtur. *Thorax* hirſutus, vellere fuſco. Omnes alæ *ſubtus* exalbidæ, atomis fuſcis irroratæ. *Palpi* porrecti.

Interſecta. 390. P. N. ( l'entrecoupée ) ſpirilinguis, alis deflexis luteolis, faſciis tribus albis.

*Hab. in* Europa. In Breſſia prope Lugdunum.

*Deſc.* Parva. *Alæ ſuperiòres* luteolæ, faſciis tribus albis, punctatis, obliquis.

Obſcura. 391. P. N. ( l'obſcure ) ſpirilinguis, alis ſuperioribus obſcuriſſimis, antennis valde dentatis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.

*Deſc.* Media ſ. minor. *Alæ ſuperiores* obſcuræ. Maculæ ordinariæ griſeæ. *Inferiores ſupra* argenteæ, *infra* anticis concolores ſ. fuſcæ. *Antennæ* longæ, apice ſetaceæ, in altera parte dentatatæ, nec pectinicornes. *Mas.*

Alterna. 392. P. N. ( l'alternée ) ſpirilinguis, alis ſuperioribus margaritaceis, faſciis quatuor fuſcis.

*Hab. in* Europa. In ſepibus prope Lugdunum.

*Deſc.* Magna. *Alæ ſuperiores* in media parte margaritaceæ, faſcia magna fuſca in alæ baſi, dein color lucide margaritaceus; faſcia dein fuſca angulata, poſt quam ala fuſceſcit. Verſus apicem macula didyma dentata. *Subtus* omnes alæ fuſcæ, fimbria alba terminali. Facies geometræ, ſed alæ incumbentes.

*Obſ.* Affinis phal. *Schæff. icon. t.* 80. *f.* 6, 7, ſed diverſa.

Bicoloria. 393. P. N. ( la bicolor ) ſpirilinguis, alis deflexis, antice fuſcis, poſtice griſeis.
*Entom. pariſ.* 194.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum.
*Deſc.* Parva. *Caput* & *thorax* griſea. *Alæ ſuperiores* antice fuſcæ, poſtice griſeæ. *Inferiores* fuſcæ. *Subtus* omnes pallide griſeæ. Litura albida in parte fuſca verſus apicem.

C-Album. 394. P. N. ( le C-blanc ) elinguis, alis ſuperioribus cinnameis, baſi albidis, C-albo notatis. *t.* 5. *f.* 30.
*Entom. pariſ.* 197 ?
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum ſedens in muro menſe octob. capta.
*Deſc.* Statura, facies magnitudoque noct. *deraſæ* ſed *antennæ* breviſſimæ, inde ad primam noctuarum diviſionem pertinet. Sed jam hujus operis pars typis mandata erat cum noſt. muſ. hac phal. locupletatum fuit. *Alæ ſuperiores* cinnameæ, baſi albidæ, faſcia trapezina alis clauſis ; ergo in ſingulæ alæ baſi faſcia trangularis albida. Color dein cinnameus in medio cujus C-album prope marginem exteriorem ; ſtriga albida a margine interiore verſus angulum ani deſcendens, ſed eundem angulum non tangens. Strigæ alæ vix conſpicuæ prope marginem poſticum. *Subtus* omnes pallide cinnameæ.
*Obſ.* Poſt noct. puſtulatam, *n.* 156. collocanda.

GEOMETRÆ.

## *3* GEOMETRÆ.

*Pectinatæ, alis poſticis ſubangulоſis.*

Lactearia. 395. P. G. (la laiteuſe) bipectinicornis, alis angulatis albis immaculatis, antennis apice ſetaceis. *
*Scop. carn.* 529.
*Fab.* ph. 1.
*Faun. Fridr. n.* 417.
*Geoff. t.* 2. *inſ. pariſ. p.* 131. *n.* 44. *Phalæna* pectinicornis, alis patentibus, rotundatis, niveis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Magnitudo minor. *Alæ* omnes niveæ, immaculatæ. *Poſticæ* angulo recto terminatæ. *Antennæ* inferiore parte valde hirſutæ, ſuperiore omnino ſetaceæ. *Faun.* 1226.
*Obſ.* Tenerrima hæc phal. raro conſervatur. V.

Vernaria. 396. P. G. (la printaniere) pectinicornis, alis ſubangulatis vireſcentibus, ſtrigis duabus albis repandis, antennis apice ſetaceis. *
*Fab.* ph. 3.
*De Geer t.* 2. *p.* 362. *t.* 6. *f.* 8. *Phalæna* antennis pectinatis, apice ſetaceis, alis horizontalibus viridibus, faſciis duabus albidis, poſticis angulatis.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 29. *f.* 14. 19.
*Schæff. icon. t.* 122. *f.* 5. Apud *D. Fab.* ſed non rite. V.
*Rœſ. inſ. phal.* 3. *t.* 13.

---

Geometrarum *Larvæ pedibus pectoralibus 6, caudalibus 2, ſubcaudalibus 2 pleræque inſtruuntur; hinc incedunt fere uti hirudines, & quieſcunt erectæ. Harum pectinicornium larvæ imprimis referunt ita ramulum ultimum, cui inſident, ut difficile ab eo diſtinguantur.*

*Hab. in* Europa. In jaſmino, ſyringa.

*Larva* ferruginea, albo nigroque varia, capite dentato. *Fab.*

*Deſc.* præcedenti Simillima, ſed *alæ* pallide vireſcentes, ſtrigis duabus albis, repandis: altera verſus poſtica. *Subtus* tota pallidior. Accedit ad phal. *viridatam. Faun.* 1227.

*Obſ.* Colore differunt præcedentes geometræ. *Vernaria* præcedenti paullo major minuſque fragilis. Color viridis cum vita ſæpe evaneſcit. V.

Putataria. 397. P. G. (la perlée) pectinicornis, alis angulatis, omnibus albis, ſtrigis duabus candidis repandis. *

*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 9.

*Fab.* ph. 5.

*Faun. Fridr. n.* 416.

*Hab. in* Europa. In Gallia Lugdunum prope. V.

*Deſc.* Color albus margaritaceus: ſupra *alæ* omnes ſtrigis duabus albis, repandis, abſque puncto centrali; ſubtus omnes niveæ. *Faun.* 1225.

Striataria. 398. P. G. (la ſtriée) ſubpectinicornis, alis angulatis niveis, ſtrigis duabus flaveſcentibus obſoletis.

*Clerck. phal. t.* 55. *f.* 4.

*Fab.* ph. 6.

*Hab. in* Europa. In Galliæ ſylvis. V.

*Deſc.* Paullo major præcedentibus. *Antennæ* maris valde pectinatæ, apice excepto: *Alæ* albiſſimæ, ſtrigis duabus tribuſve luteſcentibus obſoletis. V.

Vibicaria. 399. P. G. (la flagellée) pectinicornis, alis angulatis glauceſcentibus, puncto, faſcia ſtrigaque purpureis. *

*Clerck. phal. t. 3. f. 2.*
*Fab.* ph. 25. Pectinicornis, alis rotundatis flaveſcentibus, ſtrigis tribus purpureis, anteriore obſoletiore.
*Hab. in* Europa. In Gallia. V.
*Deſc.* Media. *Antennæ* pallidæ. *Alæ* pallidæ ſ. glaucæ; in ſingulis punctum purpureum, tranſverſum; faſcia purpuraſcens antice ſaturatior; ſtriga purpuraſcens; margo omnis purpuraſcens. *Subtus* alæ omnes purpuraſcentes. *Faun.* 1228.
*Obſ.* Noſtra ſpecimina uti ea *D. Fab.* haud angulata. Striga in parte alarum antica, faſcia fere in medio. In utraque pagina alarum faſcia conſpicua. V.

Thymiaria. 400. P. G. (du thym) pectinicornis, alis angulatis denticulatis viridibus, ſtriga undulata obſoleta.
*Friſch. inſ. 10. p. 20. t. 17.*
*Fab.* ph. 4.
*Hab. in* thymo. *D. Schreber.* In Galliæ Auſt. nemoribus V.
*Obſ.* Alarum pagina inferior, ſuperiori fere concolor. V.
*Major duplo ph.* viridatæ & *magis viridis Margine alarum ciliis pallidis. Antennæ pallidæ, tenuius pectinatæ.*

Punctaria. 401. P. G. (la ponctuée) pectinicornis, alis angulatis cinereo-griſeſcentibus, ſtriga ferruginea ordineque tranſverſo punctorum atrorum. *
*Clerck. phal. t. 5. f. 11.*
*Uddm. diſſ. 67.*
*Fab.* ph. 7.
*Faun. Fridr. n. 429.*
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum frequens. V.

*Deſc.* Minor. *Alæ* flaveſcentes : poſteriores angulatæ. Striga omnibus ferruginea in medio ; ordo punctorum atrorum pone ſtrigam in utraque pagina omnium alarum. *Faun.* 1250.

*Obſ.* Puncta ſæpe ſubtus oblitterata ſunt. V.

Amataria. 402. P. G. ( le taliſman ) pectinicornis, alis angulatis, omnibus pallidis pulverulentis, ſtriga ferruginea recta fuſcaque repanda. *

*Scop. carn.* 528.

*Reaum. inſ.* 2. *t.* 29. *f.* 1. - 4.

*Wilk. pap.* 37. *t.* 1. *a.* 5.

*Fab.* ph. 9.

*Faun. Fridr. n.* 414.

*Schæff. icon. t.* 122. *f.* 4.

*Geoff. t.* 2. *p.* 128. *n.* 37. *Phalæna* pectinicornis, elinguis, alis patentibus, angulatis, cinereis, faſcia duplici tranſverſa punctoque obſcuriore, atomis cineraſcentibus.

*Hab. in* quercu.

*Larva* geometra viridis cingulis flavis, inferne rubris.

*Deſc.* Media. *Alæ* albidæ, pulverulentæ : ſtriga ferruginea tranſverſa, ab angulo alæ primoris ad oppoſitæ angulum ducta; alia ab eodem angulo ad oppoſitum curva repanda fuſca ; apices alarum margine rufi. *Faun.* 1223.

*Obſ. D. Linn.* & *Fab. Reaum. tom.* 2. *t.* 29. *f.* 1. - 4. Citaverunt. De ſynonymia valde dubito ; nam phal. *ibid.* delineata alas dentatas minime habet. Præterea larva *Reaum.* viridis, linea flava laterali & non cingulis flavis. V.

Falcataria. 403. P. G. ( la faulx ) pectinicornis, alis

falcatis glaucis, anticis undis faſciaque griſeis, puncto fuſco. *
*Fab.* ph. 10.
*De Geer tom.* 1. *p.* 333. *t.* 24. *f.* 1.-9.
—— *tom.* 2. *p.* 353. *t.* 6. *f.* 1. *Phal.* falcata, ſpirilinguis, antennis pectinatis, alis horizontalibus falcatis, pallide ochraceo-fuſcis lineis faſcia obliqua maculaque fuſcis.
*Schæff. icon. t.* 64. *f.* 1.
*Naturf.* 9. 97. *t.* 1. *f.* 6.
*Faun. Fridr. n.* 415.
*Hab. in* betula alba, alno. *Ibid.* Prope Lugdunum in ſylvis vulgo *de Taſſin.* V.
*Larva* Coarctata uti *lacertinariæ. Bergman.*
*Larva* fuſca, ſtriis albis, quieſcit capite caudaque elevatis. *Fab.*
*Deſc.* Media. *Alæ* glaucæ, utrinque griſeo undatæ. *Anteriores* falcatariæ. *Mas* puncto ferrugineo in medio juxta faſciam ferrugineam, quo fœmina caret. *Faun.* 1224. *Syſt. nat.*

Sambucaria. 404. P. G. (du ſureau) ſubſeticornis, alis caudato-angulatis flaveſcentibus, lineis duabus, poſticis apicibus bipunctatis. *
*M. L. U.* 391. *
*Gœd. inſ.* 2. *t.* 34.
*Liſt. Gœd. f.* 10.
*Pet. gaz. t.* 51. *f.* 6.
*Raj. inſ.* 177. *n.* 9.
*Alb. inſ. t.* 94.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 6.
*Wilk. pap.* 38. *t.* 1. *b.* 2.
*Clerck. phal. t.* 50. *f.* 2.
*Geoff. inſ.* 2. *p.* 138. *n.* 58.
*Fab.* ph. 12.
*De Geer tom.* 2. *p.* 447. *Phalæna* ſulphurea caudata, ſpirilinguis, alis ex-

tenſis ſtramineis, ſtrigis duabus luteis, inferioribus punctis 2 fuſcis.
*Schæff. icon. t.* 63. *f.* 8.
*Sepp. inſ.* 6, I. *t.* I.
*Clerck icon. t.* 50. *f.* 2. An?
*Hab. in* ſambuco. *Ibid.* In Breſſia. V.
*Larva* geometra, lævis, pulla.
*Puppa* fuſiformis, brunnea, fuſco punctata. Ova coſtata. *Fab.*
*Deſc.* Magna. *Alæ* ſupra albido-flaveſcentes. *Anticæ* ſupra ſtrigis duabus, luteſcentibus; poſtice unica: hujus angulus poſticus rufeſcens, in caudam ſubulatam exiens, ad quam utrinque punctum fuſcum: exteriore purpuraſcente. *Subtus* omnes albidæ, immaculatæ. *Faun.* 1222.

Lacertinaria. 405. P. G. (lacertine) pectinicornis, alis eroſis luteſcentibus, poſtice ſaturatioribus, lineis duabus punctoque fuſcis. *
*Alb. inſ.* 65.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 22. *f.* 4, 6.
*Wilk. pap.* 14. *t.* I. *e.* 3.
*Fab.* ph. 14. pectinicornis, alis eroſis luteſcentibus, ſtrigis 2 fuſcis.
*De Geer tom.* I. *p.* 340. *t.* 10. *f.* 5.–8.
—— *tom.* 2. *p.* 335. *t.* 5. *f.* 6, 7. *Phal.* ſpirilinguis, antennis pectinatis, thorace criſtato, alis eroſo-denticulatis, deflexis, flavo-griſeis, lineis 3 tranſverſis fuſcis punctoque nigreſcente.
*Schæff. icon. t.* 66. *f.* 2, 3.
*Faun. Fridr. n.* 418.
*Hab. in* quercu, betula. In Breſſia. V.
*Larva* cauda ſimplici, apoda, *vinulæ* affinis, nuda, rubra, dorſo angulato.
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* flavæ, ſubnebuloſæ, poſtice obſcuriores, margine inæqualiter dentato; ſtrigæ duæ

ferrugineæ obliquæ inter quas punctum fuſcum; inter dentès marginis poſtici maculato albæ. *Inferiores* ſupra albicantes. *Subtus* omnes flavæ, poſticæ ſubnebuloſæ, puncto fuſco in medio. *Faun.* 1229.

Alniaria. 406. P. G. (de l'aulne) pectinicornis, alis eroſis flavis fuſco pulveratis, ſtrigis duabus fuſcis. *

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 1?
*Fab.* ph. 16.
*Faun. Fridr. n.* 419.
*Schæff. icon. t.* 135. *f.* 1, 2.
*De Geer tom.* 1. *p.* 349. *t.* 10. *f.* 9.-14.
—— *tom.* 2. *p.* 305. *Phalæna ramus ſiccus*, elinguis, antennis pectinatis, alis ſubhorizontalibus, eroſis, flavis, ſtrigis 2. fuſcis, thorace citrino.

*Hab. in* alno. In Breſſiæ alnetis. V.

*Deſc. Larvæ* facies adeo exacte refert ramulum alni, præcedentis ſ. penultimi anni, ut vix natura quid magis ſimile unquam effinxerit craſſitie, figura, colore, tuberculis, ſcabritie, omnibus, eſt enim longitudo larvæ 3 ad 4 digitorum tranſverſorum, craſſities fere pennæ minoris anſerinæ; color cinereogriſeus; pedes 10 quorum 6 antecedentes prope caput, breves; 2 in cauda; 2 paullo ante pedes ani, verſus caudam ſenſim incraſſatur animal; verſus caput, quod mirum, attenuatur. Lævis eſt; variis tuberculis veſtigia petiolorum referentibus, ut, qui viderit alni ramulum, non opus habeat deſcriptione.

*Phalæna* ipſa prodiit poſt menſem. *Thorace* hirſuto, flavo: *abdomine* incarnato; alis omnibus angulatis ſive eroſis, fulvis: *ſuperioribus* lineis duabus obſolete

fuſcis, remotis; *inferioribus* ſupra, etiam ſubtus fulvis, ſed punctis fuſcis, obſoletis, temere ſparſis cum macula lunari fuſca in medio & punctis nigris in margine alarum omnium. *Os* nullum. *Antennæ* barbatæ, rachi albida villis incarnatis. *Faun.* 1230.

*Obſ.* Variat multum magnitudine. V.

Syringa-ria. 407. P. G. (du ſyringa) pectinicornis, alis ſuberoſis, omnibus griſeo-flaveſcentibus, ſtrigis repandis punctiſque duobus fuſcis ✝

*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 10.

*Wilk. pap.* 39. *t.* 1. *b.* 6.

*Fab.* ph. 17.

*Geoff. inſ. tom.* 2. *p.* 125. *n.* 32. *Phalæna* pectinicornis, alis margine ſinuatis, fulvo, nigro, fuſco roſeoque marmoratis, ſingulis ſubtus puncto nigro, ſuperioribus extremo dilatato recurvo.

*Hab. in* ſyringa, jaſmino.

*Larva* glauco luteoque varia, dorſo aculeata ſpinaque lutea curva.

*Deſc.* Majuſcula. *Alæ* omnes ſupra luteſcentes, ſtriga fuſca ab apice ſuperiorum per medium inferiorum tranſiens; ſtriga ſecunda cum prima angulum efficiente; hæc interrupta eſt albedine quadam. In *inferioribus* faſcia punctata quæ ſtrigæ ſecundæ reſpondet. *Margo* alarum anticarum roſaceo albidoque paſſim tinctus. *Subtus* iiſdem coloribus faſciatæ, prima ſtriga conſpicua. V.

Dolabra-ria. 408. P. G. (les lobes) pectinicornis, alis ſubflaveſcentibus, ſtrigis ferrugineis ſparſis, lobo poſtico violaceo.

*Fab.* ph. 21. pectinicornis, alis angulatis flavis, ſtrigis ferrugineis, angulo ani violaceo.

*Sulz. inſ. t. 22. f. 9.*
*Hab. in* quercu Germaniæ. *D. Schreber.* *Ibid.* In Anglia. *Fab.* In Gallia Auſt. ubique. V.
*Media.* Thorax *flaveſcens , antice obſcure violaceus.* Abdomen *ſubtus rufeſcens , ano obſcure purpureo adſcendente.* Alæ *verſus angulum ani obſolete emarginatæ.* Superiores ſupra *flaveſcentes , ſtrigis ferrugineis numeroſis , confertis , inæqualibus , verſus angulum violaceum concurrentibus in maculam ferrugineam.* Subtus *magis flavæ ſtrigis magis rubris.* Inferiores *albidiores.*

Prunaria. 409. P. G. ( du prunier ) pectinicornis, alis ſubdentatis luteis, fuſco-pulverulentis, anticis lunula fuſca. *
*Wilk. pap.* 40. *t.* 1, 6, 8. *f.* 1, 2.
*Alb. inſ.* 42. *t.* 69.
*Uddm. diſſ.* 69.
*Fab.* ph. 29. pectinicornis, alis ſubdentatis luteis, fuſco-pulverulentis, anticis lunula fuſca.
*Faun. Fridr. n.* 421.
*Schæff. icon. t.* 17. *f.* 2, 3.
*Hab. in* pruno ſpinoſa. *Ibid.* In Breſſia. V.
*Larva* geometra, ferruginea, dorſo antice poſticeque ſpinis duabus.
*Deſc.* Major. *Mas* alis luteis, *fœmina* flavis. In utroque ſexu omnes alæ conſperſæ ac pulverulatæ atomis fuſcis ; in medio utrinque lunula fuſca. *Margo* poſticus inferiorum quaſi dentatus adparet, maculis fuſcis. *Faun.* 1232.

Pennaria. 410. P. G. ( la plume ) pectinicornis, alis rufeſcentibus, ſtrigis duabus fuſcis punctoque ſubterminali nigro, centro albo. *
*Faun. Fridr. n.* 420.

*Hab. in* Europa. Rara in Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Magnitudo geom. *alniariæ. Corpus* colore cinnamomeo. *Antennæ* ſimillimæ pennæ, longitudine corporis. *Alæ ſuperiores* ſtrigis duabus tranſverſis, interjecto puncto, fuſceſcentibus; ante angulum alæ punctum nigricans, medio album, utrinque conſpicuum. *Subtus* concolores. *Faun.* 1231.
*Obſ.* Variat. 1°. Alæ omnino corticinæ, 2°. punctum album aliquoties abſque ulla nigredine.

Piniaria. 411. P. G. (du pin) pectinicornis, alis ſubtus griſeis, linea alba interrupta faſciiſque duabus obſcurioribus. *
*Clerck phal. t.* 1. *f.* 10. *t.* 4. *f.* 11.
*Uddm. diſſ.* 64.
*Ammiral. inſ.* 1. *t.* 20.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 28. *f.* 6.
*Fab.* ph. 31. pectinicornis, alis fuſcis, flavo maculatis, ſubtus nebuloſis, faſciis duabus flavis.
*Sepp. inſ.* 6. 17. *t.* 4.
*De Geer tom.* 2. *p.* 351. *t.* 5. *f.* 20. *Phalæna* albo lineata, ſpirilinguis, antennis pectinatis, alis planis rufeſcentibus, inferioribus punctis olivaceis lineaque longitudinali nigra.
*Schæff. icon. t.* 159. *f.* 1, 2. *Mas.*
*Hab. in* pino. In pinis *De Laval, Francheville, du Mont-d'or,* prope Lugdunum. V.
*Larva* viridis, ſupra albo, ſubtus flavo ſtriata.
*Puppa* folliculata, brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Magnitudo media. *Antennæ* magnæ nigræ. *Alæ* omnes ſupra fuſcæ, margine albæ & verſus baſin in medio albæ, macula alba ex duabus oblongis

coalita. *Subtus* macula una alterave albicante magna. *Faun.* 1233. *Mas.*
*Obſ.* Fœmina. *Alæ* diſſimiles, ſupra cervinæ ſ. ferrugineæ, antennæ ſetaceæ. *Syſt.*

Bidentaria. 412. P. G. (la rongée) ſubpectinicornis, alis eroſis griſeis, puncto nigro ocellari, ſuperioribus faſcia ſaturatiore.
*Clerck. icon. t. 7. f. 2.*
*De Geer tom. 2. p. 306.*
—— *tom. 1. p. 354. t. 22. f. 6.-9.* elinguis, antennis pectinatis, alis ſubhorizontalibus, canis, villoſis, punctis ſtrigarum nigris.
*Hab. in* roſa, alno. Prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Majuſcula, griſea. *Alæ* griſeæ, omnes in medio utrinque puncto pallido, latiuſculo, margine atro; poſtice eroſæ. *Superiores*, faſcia lata & poſtice diſtincta lineola alba interrupta. *Subtus* omnes, ſtriga repanda nigricante; area poſterior pallidior & margo alarum poſticarum *ſubtus* nigro punctatum. Affinitas geom. *alniariæ*, ſed *antennæ*, in meis, omnes ſetaceæ. *Faun.* 1255.
*Obſ.* 1. Marem non vidit celeb. *Linn.* alis villoſis ſtatim dignoſcitur. V.
*Obſ.* 2. Quies 19 menſium ſemel in muſ. *D. de Geer. Pavoniæ majoris* larvæ nonnullæque aliæ viginti menſibus in noſtro muſ. *quieverunt.* Cauſa facile non eſt aſſignanda. V.

*Ex ſpec. D. Fab.*

Cultraria. 413. P. G. (le coutelas) pectinicornis, alis ſubfalcatis, luteis, faſcia ſaturatiore, antennis apice ſetaceis. 11.
*Hab. in* Germania. In Breſſiæ pruno ſpinoſa. V.

*Deſc.* Statura falcatariæ, at minor. *Alæ* omnes flaveſcentes, faſcia lata ſaturatiore, quæ ad marginem ſaturatiorem adhuc latior. *Subtus* omnes ſulphureæ, immaculatæ.

*Obſ.* Noſtrum ſpecimen quod eſt fœmina, abſque punctis. V.

Equeſtraria. 414. P. G. (la chevaliere) pectinicornis, alis angulatis, anticis fuſceſcentibus, faſcia lata flava, poſticis flavis. 15.

*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.*

*Deſc. Alæ anticæ* angulatæ, fuſcæ, in medio faſcia flava. *Poſticæ* angulato-dentatæ, flavæ, apice obſcuriores. *Subtus* anticæ flaveſcentes, puncto medio nigro, apice obſcuræ margineque flavo variegato. Poſticæ obſcuræ, baſi pallidæ punctoque medio nigro.

Lunaria. 415. P. G. (le croiſſant) pectinicornis, alis angulato-dentatis, baſi rufis, lunula alba, poſtice cinereis. 18.

*Wien. Verz.* 276. *t.* 1. *a. f.* 3.-*t.* 1, 6. *f.* 3.

*Sepp. inſ.* 6, 9. *t.* 2.

*Wilk. p.* 40. *cl.* 1. *S. B.* 7?

*Hab. in* Germaniæ pyro, ſalice, betula. *Ibid.* circa Lugdunum. V.

*Larva* griſea, tuberculis dorſalibus didymis, ſubtus faſciis albidis, nigro punctatis.

*Puppa* folliculata, obtuſa, brunnea.

*Deſc.* Variat magnitudine. Minoribus convenit *D. Fab.* diagn. ſed in majoribus omnes alæ fuſcæ a baſi ad medium, dein arca pallida. *Apex* alarum anticarum ferrugineo maculatus. *Lunula* pellucida cornibus alarum apicem ſpectans. *Margo* alarum poſticarum late rufus. Punctum magnum, fuſcum in

faſcia rufa, at ſubtus non conſpicuum. Licet ſpecies diverſa videatur, non ſeparavi. V.

Dentaria. 416. P. G. (la dentelée) pectinicornis, alis angulato-dentatis, ſupra pallidis, ſtrigis ferrugineis, ſubtus ferrugineis, lunula obſcuriori. 19.

*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Monſon.* In Breſſiæ ſylvis. V.

*Deſc. Alæ* dentatæ, pallide cinereæ, ſtrigis tribus margineque ferrugineis. *Margo* exterior ferrugineo irroratus. *Subtus* dilutiores, ſtriga pallida lunulaque centrali obſcura.

*Obſ.* Magnitudine media. *Alæ ſuperiores* luteſcentes, valde dentatæ, ſtrigis duabus fuſcis. *Subtus* alæ omnes in parte poſteriori ferrugineæ, in antica luteſcentes. Differt igitur a phal. *D. Fab.* V.

Nivearia. 417. P. G. (la neigeuſe) alis ſubangulatis albis, margine poſtico anticiſque ſubtus fuſcis, poſticis puncto centrali nigro. 2.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. In ſylvis *de la Pape* frequens. V.

*Deſc.* Parva, tenera. *Corpus* album. *Oculi* nigri. *Antennæ* fuſcæ. *Alæ* ſupra albæ, margine fuſco. In poſticis punctum centrale nigrum. Subtus *anticæ* obſcure fuſcæ, puncto centrali nigro. *Poſticæ* ſubangulatæ, albæ, puncto centrali nigro margineque poſtico fuſco.

*Obſ. Alæ ſuperiores* aliquoties immaculatæ cum puncto.

*Ex noſt. Muſ.*

Falculata-ria. 418. P. G. (la ſerpette) pectinicornis, alis angulatis, luteſcentibus, ſtrigis duabus

albido-luteſcentibus, inæqualiter diſtantibus, punctis duobus nigris. *t. 6. f. 1.*
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ pruno ſpinoſa.
*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* luteſcentes, ſtrigis duabus, inter quas puncta duo nigra oblique poſita; ſuperius majus. *Subtus* omnes luteæ. *Fæmina* aliquoties majuſcula.
*Obſ.* Geom. *falcatæ D. Fab.* adeo ſimilis ut, oculo etiam armato, differentiam nullam offerat. *Maris antennæ* pectinatæ, apice ſetaceæ. Marem igitur non vidit *D. Fab.* aut dupla ſpecies, una in hac diviſione, inter geom. ſeticornes altera.

Ditaria. 419. P. G. (la riche) pectinicornis, alis viridibus angulatis, maculis marginalibus ferrugineis.
*Hab.* Hamburgi *D. Schulz.* In ſylvis Lugdunenſibus.
*Deſc. D. Fab.* diagn. convenit, ſed non deſcriptio. Media fere minor. *Alæ omnes* dentatæ, dentibus ferrugineis nullaque macula magna ad apicem marginis tenuioris. Cætera ut in *D. Fab.* deſcriptione. Nomen & diagn. conſervavi. An ſpecies diverſa?
*Deſc. Antennæ* pectinatæ, cinereæ rachi alba. *Alæ anticæ* virides, ſtrigis obſoletis albis & macula magna ferruginea ad apicem marginis tenuioris. *Poſticæ* rotundatæ virides, margine albido, ſtriga tenuiſſima nigra. Macula magna ferruginea ad angulum ani & altera ad apicem marginis tenuioris. *Subtus* omnes pallidæ. *Fab. Mantiſſ. p.* 386.

Ilicaria. 420. P. G. (du chêne vert) alis angulatis,

margaritaceis, ſtrigis duabus fuſcis, puncto intermedio. *t.* 6. *f.* 2.

*Hab. in* ilice.

*Deſc.* Maxima aut inter maximas. *Antennæ* albæ ſeticornes in noſtro ſpecimine, ſed fœmina antennæque ſerratæ. *Alæ* omnes concolores, margaritaceæ, ſtrigis duabus fuſcis verſus marginem interiorem convergentibus punctoque intermedio vix conſpicuo. *Subtus* cinereæ. Striga punctata in omnibus verſus marginem poſticum. *Abdomen* ſubtus valde villoſum.

Areſiaria. 421. P. G. ( l'ardoiſée ) alis areſiis, lineis tribus luteſcentibus, infima curva.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.

*Deſc.* Minor inter medias. *Alæ* omnes areſiæ; lineatæ, linea infima curva. *Subtus* omnes alæ fuſceſcentes. *Superiores* obtuſæ, angulatæ.

*Obſ.* *Antennæ* deſunt. An inter geom. pectinatas, an inter ſeticornes?

Straminea-ria. 422. P. G. ( la paillette ) pectinicornis, alis planis, pallide ſtramineis, faſcia ſaturatiore, inferioribus angulatis. *Retz.* 86.- *De Geer tom.* 2. *p.* 360. *t.* 6. *f.* 6.

*Hab. in* Europa. Rarior in his regionibus. V.

*Deſc.* Inter medias major. *Alæ* omnes luteſcentes-albidæ, faſcia ſtraminea ſupra infraque albo marginata. *Antennarum* coſta alba, radii fuſci. *Subtus* ut in pagina ſuperiori. V.

Margina-ria. 423. P. G. ( la marginée ) alis luteſcentibus angulatis, ad baſin littera ⊳ notatis, margine poſtico late purpuraſcente. *t.* 6. *f.* 3.

*Hab. in* Europa. Prope Maſſiliam lecta.
*Deſc.* Parva. *Alæ* omnes albidæ, atomis numeroſis luteis adſperſæ, inde luteſcentes. Singula ala verſus baſin littera *V* obliqua notata. Punctum fuſcum ſub angulo litteræ. . . . Faſcia lata læte purpuraſcens, ſuperius ſtriga fuſca marginata, alam anticam terminat. *Subtus* alæ omnes pallidiores. Punctum anticarum conſpicuum. Littera non viſibilis. Faſcia terminalis in omnibus purpuraſcens. *Antennæ* fœminæ omnino ſetaceæ.

## *4* GEOMETRÆ.

*Pectinicornes, alis rotundatis.*

Elinguaria. 424. P. G. (agloſſe) pectinicornis, alis flavis, anticis faſcia lata lutea, medio puncto nigro. *
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 9.
*Fab.* ph. 58.
*Faun. Fridr. n.* 422.
*Hab. in* pyro. *Ibid.* circa Lugdunum.
*Larva* geometra lævis, ramiformis. *Phal.* geometra elinguis.
*Larva* rugoſa, cinereo brunneoque variegata.
*Puppa* folliculata, antice fuſca, poſtice brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Media. *Alæ* omnes flavæ. *Superiores* faſcia latiſſima ſaturatiore, lutea, diſtincta margine ferrugineo, in medio puncto majuſculo fuſco. *Margo* poſticus omnium *ſupra*, punctis minutiſſimis nigris. *Subtus* alæ omnes poſtice pallidiores. *Faun.* 1235.

Geometrarum *pectinicornium fœminæ pleræque antennis ſimplicibus ſetaceis ſunt, proinde ſexus completus acquirendus, ne ſeticornis fœmina inter non ſuos quæratur.*

*Obſ.* 1. Variat interdum antennis ſetaceis. *Fab.*

*Obſ.* 2. Ut hæc geometra in Breſſia frequenter reperitur, plurimas legi. Omnium *antennæ* pectinatæ fuerunt obſervatioque præcedens anceps mihi videtur, ſaltem ratione maris. V.

Melanaria. 425. P. G. (la mélanure) pectinicornis, alis nigro punctatis maculatis, anticis albidis; poſterioribus luteis. *t.* 6. *f.* 4. fœm. *

*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 2.

*Uddm. diſſ.* 65.

*Fab.* ph. 34.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Magnitudo & facies geom. *gloſſulariatæ. Alæ omnes* maculis rotundis numeroſis adſperſæ, colore luteæ, ſed *ſuperiores* ſupra albidæ. *Abdomen* flavum. *Faun.* 1240.

Macularia. 426. P. G. (la tachetée) pectinicornis, alis omnibus nigro maculatis, flavis.

*Scop. carn.* 557. Phalæna maculata.

*Fab.* ph. maculata. 132

*Klemann. t.* 14. *f.* 5.

*Geoff. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 140. *n.* 61.

*Hab. in* Germania. Apud nos frequens in ſylvis & ericetis.

*Deſc.* Præcedenti ſimillima, ſed minor & alis etiam ſuperioribus flavis. *Antennæ* in mea ſetaceæ, ſed fœmina. *Syſt.*

*Obſ. Antennæ* in omnibus noſtris ſetaceæ, & non ſine jure ad geometras ſeticornes retulit *D. Fab.* V.

Atomaria. 427. P. G. (les atomes) pectinicornis, alis omnibus luteſcentibus, faſciis atomiſque fuſcis. *

*Faun. ſuec.* 840.

*Friſch. inſ.* 13. *p.* 12. *t.* 5.
*Alb. inſ.* 42. *f.* 69.
*Fab.* ph. 35.
*Geoff. inſ. tom.* 2. *p.* 133. *n.* 50.
*Faun. Fridr. n.* 426.
*De Geer tom.* 2. *p.* 344. *t.* 5. *f.* 14. ſpirilinguis, antennis pectinatis, alis dentatis, planis, aurantiis, punctis lineoliſque tranſverſis, griſeis, numeroſis.
*Klemann. inſ.* 1. *t.* 34. *mal.*
*Hab. in* tilia. Frequens in Breſſia. V.
*Deſc.* Minor. *Alæ* fuſcæ, atomis flavis ſ. flaveſcentibus, faſciis fuſcis, obſcuriores ſupra quam ſubtus. *Subtus* unica faſcia obſcura. *Faun.* 1245.
*Obſ.* Variat, inde deſc. *DD. Linn. de Geer* diverſæ.

Pulveraria. 428. P. G. (la poudrée) pectinicornis, alis omnibus teſtaceo-pulverulentis, faſcia lata ferruginea, ſubtus purpuraſcenti ferrugineis. *
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 6.
*Fab.* ph. 53.
*De Geer tom.* 2. *p.* 350. *t.* 5. *f.* 19? *Phal. olivaceo faſciata*, ſpirilinguis, antennis pectinatis, alis planis, cinereo-fuſcis, faſcia olivaceâ, undulata, ſubtus cinereo-flavis.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Alæ* omnes *ſubtus* ſaturatiſſime fulvo-ferrugineæ; *ſupra* cinereo pulverariæ. *Faun.* 1243.
*Obſ.* Major in his regionibus. V.

Faſciaria. 429. P. G. (la faſciée) pectinicornis, alis omnibus rufeſcentibus, faſcia lata ferruginea margine albo.
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 5.
*Fab.* ph. 54.

*De Geer tom.* 2. *p.* 348. *Phalæna griſeo-faſciata*, ſpirilinguis, antennis pectinatis, alis planis cineraſcentibus, faſciis 2 fuſcis, repandis; albo marginatis lineaque alba fulminata.

*Ræſ. inſ. tom.* 1. *cl.* 3. *Pap. noct. t.* 3.

*Hab. in* Europa. In ſylvis Lugdunenſibus, ſed rara. V.

*Deſc.* Media. *Alæ* rufeſcenti-cinereæ, faſcia lata, tranſverſa, ferruginea, margine antice & poſtice alba. *Subtus* alæ glaucæ ſunt. *Faun.* 1242.

*Larva* 10 poda, luteo-albido-viridis, faſciis tranſverſis luteolis, albo punctata.

*Obſ.* Noſtræ inter majuſculas. V.

Betularia. 430. P. G. (du bouleau) pectinicornis, alis omnibus albis, ſubfaſciatis atomiſque nigris, thorace faſcia atra. *

*Pet. gaz. t.* 7. *f.* 3.
*Act. Stockh.* 1755. *p.* 214. *t.* 6. *f.* 3.
*Alb. inſ. t.* 91, 92, 40, 41.
*Wilk. pap.* 38. *t.* 1. *b.* 1.
*Gadd. ſatag.* 82.
*Ammiral. inſ. t.* 21.
*Fab.* ph. 56.
*Schæff. icon. t.* 88. *f.* 4, 5.
*Kelmann. inſ.* 1. *t.* 39. *f.* omnes.
*Faun. Fridr. n.* 423.
*De Geer tom.* 1. *p.* 344. *t.* 17. *f.* 19.-22.
—— *tom.* 2. *p.* 344. *t.* 5. *f.* 15-18. Punctata, ſpirilinguis, alis planis, albis, maculis punctiſque numeroſis nigris, thorace lineis nigris.

*Hab. in* betula, ulmo, roſa, ſalice. Circa Lugdunum rarior. V.

*Larva* geometra pallida; poſtice maculis 2 atris.

*Larva* obſcura, tuberculis ſparſis, capite fiſſo.

*Puppa* nuda, brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Media. *Tota* alba, pulvere atomiſve nigris undique adſperſa. *Alæ* utrinque obſolete ſubfaſciatæ. *Antennæ* nigræ, apice ſetaceæ. *Faun.* 1237. & non 1287.

Pantaria. 431. P. G. (la bizarre) pectinicornis, alis albis, faſcia maculari flavicante, abdomine luteo, nigro punctato.
*Hab. in* Luſitania. *Vandelli.* In Gallia prope Maſſiliam capta. V.
Statura & *magnitudo phal.* defoliariæ. Alæ *albæ, baſi luteſcentes. Faſcia in medio vel paullo poſterior e maculis ſordidis conſertis, verſus interiorem marginem conſertioribus.* Abdomen *luteum, punctis nigris ocellaribus (in medio luteis) conſertis. An fœmina hujus aptera?*

Wauaria. 432. P. G. (les W) pectinicornis, alis cinereis, anticis faſciis quatuor nigris, abbreviatis, inæqualibus.
*Gœd. inſ.* 1. *t.* 45.
*Liſt. Gœd. t.* 12.
*Pet. muſ.* 3. *n.* 4.
*Alb. inſ.* 47. *f.* 78.
*Merian. Eur.* 1. *t.* 25. *f.* 151.
*Friſch. inſ.* 3. *t.* 3. *f.* 1.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 4.
*Wilk. pap.* 52. *t.* 2. *a.* 2.
*Ammiral. inſ. t.* 13. *f.* 2, 3.
*Fab.* ph. 43.
*Raj. inſ.* 179. *Phalæna* minor, alis amplis cinereo-albicantibus, 4 in exteriorum margine maculis linearibus e rufo-nigricantibus.
*Faun. Fridr. n.* 427.
*Hab. in* groſſularia, ribe rubro. In Gallia Auſt. V.
*Larva* geometra; viridis, ſubpiloſa. *Linn.*

*Larva* ſubpiloſa, viridis, nigro punctata, linea dorſali lateralibuſque flavis.

*Puppa* nuda, brunnea, poſtica pallida. *Fab.*

*Deſc. Antennæ* albidæ, parum plumoſæ. *Alæ* planæ, ſupra cinereo-albidæ; majores margine exteriore notatæ lineolis quatuor tranſverſis nigris, quarum ſecunda reliquis longior, quarta vero latior. *Alæ* ſubtus ſubgriſeæ ſunt. *Mas* antennis pectinatis. *Fœmina* omnino ſetaceis & tantum modo ſerratis. *Faun.* 1248.

Sacraria. 433. P. G. (la ſacrée) pectinicornis, alis flavis, faſcia obliqua ſanguinea.

*Fab.* ph. 57.

*Geoff. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 132. *n.* 48? pectinicornis, ſpirilinguis, alis patentibus luteis, faſcia tranſverſa rubra.

*Hab. in* Barbaria. In Gallia Auſt. Prope Nemauſum. V.

Corpus *totum flavum.* Alæ ſuperiores *faſcia lineari ſanguinea a medio marginis interioris ad apicem ducta, ſubtus vix conſpicua.* Alæ inferiores *flavo-albicantes.* Antennæ *valde pectinatæ, ſed apice ſetaceæ.*

Purpuraria. 434. P. G. (la pourprée) pectinicornis, alis luteis margine anticarumque faſciis duabus purpureis. *

*Clerck. phal. t.* 9. *f.* 11.

*Gœd. inſ.* 2. *t.* 12.

*Liſt. Gœd.* 60.

*Uddm. diſſ.* 69.

*Fab.* ph. 60.

*Geoff. inſ. tom.* 2. *p.* 126. *n.* 34. pectinicornis elinguis, alis deflexis, luteo-rubris, faſcia duplici tranſverſa ſanguinea.

*Faun. Fridr. n.* 432.
*Hab. in* quercu, pruno ſpinoſa. Sæpe in arvis incultis Galliæ Auſt. V.
Minima (cum ſequenti) facile inter geometras eſt.
*Deſc.* Parva. *Alæ ſuperiores* ſupra luteæ, faſciis duabus margineque poſtico ciliari purpuraſcentibus. *Subtus* luteæ, faſcia fuſca. *Faun.* 1254.
*Obſ. Alæ inferiores* ſupra primoribus concolores. Faſcia fuſca aliquoties deeſt, imprimis in fœminis. V.

Proſapiaria. 435. P. G. (l'alliée) pectinicornis, alis luteſcentibus, faſciis utrinque duabus ſaturatioribus. *
*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 1.
*Uddm. diſſ.* 66.
*Fab.* ph. 36. pectinicornis, alis luteſcentibus, atomis ſtrigiſque tribus fuſcis, tertia maculari.
*Scop.* Phalæna limitata an?
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis. V.
*Deſc.* Majuſcula, tota cinnamomea, tam *ſupra* quam *ſubtus*. *Alæ ſuperiores* faſcia ſaturatiore, margine utroque glauceſcente. *Inferiores* ſtriga ſaturatiore, margine poſtico glauceſcente. *Subtus* alæ ſuperiores margine tenuiori albidæ. *Faun.* 1252.

Puſaria. 436. P. G. (la virginale) pectinicornis, alis omnibus niveis, ſtrigis tribus obſoletis. *
*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 6.
*Fab.* ph. 37.
*Faun. Fridr. n.* 430.
*Schæff. icon. t.* 111. *f.* 7.
*Scop. carn.* 541.
*Pontop. Att. Dan.* 1. *t.* 30.
*De Geer tom.* 2. *p.* 448. *t.* 8. *f.* 10.-12.

*Phal. alba trilineata*, antennis filiformibus, alis extenſis albis, ſuperioribus ſtrigis tribus, inferioribus duabus griſeis.

*Hab. in* alno, betula alba. *Ibid.* In Breſſia. V.

*Larva* 10. Poda, flaveſcens, lineis maculiſque dorſalibus rubris. *Fab.*

*Deſc.* Parva. *Tota* alba. *Alæ omnes* ſupra niveæ, atomis vix conſpicuis cineraſcentibus adſperſæ. Strigæ tres obſolete cinereæ, æquali ſpatio remotæ. *Subtus* omnes *alæ* niveæ. *Superiores* ad coſtam pulveratæ. *Faun.* 1251.

*Obſ.* Phalænam *puſariam* non vidit *D. de Geer*; nam legitur *p.* 448, *les antennes ſont à filets coniques* & *point du tout à barbes.* Certe tamen hæc phal. ad hanc diviſionem pertinet; ſed alia ſpecies in noſtro muſ. huic valde affinis cujuſque antennæ in utroque ſexu filiformes ſunt, ut videbitur infra. V.

Veſpertaria. 437. P. G. (la chauve-ſouris) pectinicornis, alis ſubgriſeis, ſtrigis duabus, poſteriore limbum obſcurum diſterminante.

*Fab.* ph. 42.

*Hab. in* Luſitania. *Vandelli.* In Gallia Auſtraliori rara. V.

*Media ſ. minor.* Alæ *griſeæ, ſtrigis duabus obſcurioribus, in* 3 *areas diviſæ, poſtrema area multo magis obſcura & quidem ſubtus etiamnum obſcurior.* Subtus *ſimilis, magis flavicans, cum puncto centrali fuſco abſque ſtrigis.*

Papilionaria. 438. P. G. (la papilionacée) pectinicornis, alis omnibus viridibus ſubrepandis, ſtriga ſeſquialtera pallida.

*Friſch. inſ.* 10. *t.* 17.

*Rœſ. inſ.* 4. *t.* 18. *f.* 3.
*Conf. Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 12.
*Wilk. pap.* 37. *t.* 1.
—— *a.* 6. *ſed noſtra duplo major.*
*Fab.* ph. 26.
*Faun. Fridr. n.* 425.
*Entom. pariſ. tom.* 2. *p.* 60. *Phalæna Nayas* pectinicornis, ſpirilinguis, alis patentibus aqueo-viridibus, linea duplici tranſverſa alba, antennis niveis.
*Larva* viridis, dorſo aculeis decem incurvis rufis. *Naturf.* 12. *t.* 1. *f.* 11, 12, 13.
*Puppa* viridis flavoque variegata. *Quies* 14 dierum.
*Deſc.* Magnitudo pap. *braſſicæ. Alæ* virides, ſtrigis duabus poſterioribus albidis, obſoletis, undulatis, cum rudimento tertiæ verſus baſin. *Inferiores alæ* margine repandæ, ſimiliter pictæ. *Antennæ* & *pedes* flaveſcentes. *Faun.* 1241. & non 1247.
*Obſ.* Variat colore magnitudineque hæc geometra. Non frequens apud nos. Mortua, color viridis debilitatur aliquotieſque evaneſcit; tunc virideſcenti alba. V.

Defoliaria. 439. P. G. (la défeuillée) pectinicornis, alis ſubgriſeis, medio albis, puncto lituraque poſtica nigra. Fœmina aptera. *Faun.* 1238.
*Fab.* ph. 40. pectinicornis, alis griſeis, medio albis, puncto fuſco, fœmina aptera nigro punctata.
*Clerck. phal. t.* 7. *f.* 4.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 30. *f.* 2.
*Rœſ. ſupp. p.* 83. *t.* 14. Fœmina.
*Hab. in* malo, ceraſo, tilia. Circa Lugdunum in pomariis. V.

*Larva* ferruginea, ſtria laterali ſulphurea.
*Puppa* brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Media. *Antennæ* flavæ. *Alæ ſuperiores* flaveſcentes, atomis fuſcis adſperſæ, faſcia lutea ad baſin, faſcia poſtica lutea fracta, poſtice lituris fuſcis. *Margo* poſticus fuſco maculatus: punctum fuſcum in medio alæ. *Inferiores* flavæ, atomis fuſcis. *Fœmina* aptera, facie larvæ coccinellæ ſeptem punctatæ. *Faun.* 1238.

Hirtaria. 440. P. G. (la hériſſée) pectinicornis, alis hirtis canis, ſtrigis tribus nigris, poſterioribus approximatis, antennis atris. *Faun.* 1236.
*Fab.* ph. 41. pectinicornis, alis cinereis, ſtriga fuſca, undata, albæ innata.
*Clerck. phal. t.* 7. *f.* 1.
*De Geer tom.* 1. *p.* 354. *t.* 22. *f.* 6.-9.
—— *tom.* 2. *p.* 306. *Phalæna hirtipennis*, antennis pectinatis, alis ſubhorizontalibus canis, villoſis, punctis ſtrigarum nigris.
*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. ceraſis. V.
*Larva* geometra ferruginea, lineis longitudinalibus pallide rufis, nigro marginatis.
*Deſc.* Media; ſtatura noctuæ, thorace valde hirſuto craſſo. *Alæ* deflexæ, canæ, hirtæ, ſtrigis tribus nigris, quarum duæ poſteriores propiores; venæ alarum elevatæ. *Inferiores alæ*, poſtico margine albo maculato. *Femora* valde hirſuta. *Antennæ* nigræ, apice ſetaceæ ſunt. *Faun.* 1236.

Pendularia. 441. P. G. (la ſuſpendue) pectinicornis, alis omnibus cinereis, ocello ferrugineo ſtrigaque nigro punctata. *Faun.* 1244.

*Clerck. phal. t. 7. f. 5.*
*Reaum. tom. 2. t. 364. - 366. t. 36. f. 1, 2, 3, 4.*
*De Geer tom. 2. p. 360. t. 6. f. 7. Phal. ſuſpenſa*, antennis pectinatis, alis planis, exalbido-cineraſcentibus, lineis 2 tranſverſis, nigro punctatis ocelloque ferrugineo, inferioribus angulatis.
*Hab. in* ſalice, larva incarnata, puppa pendula. Non rara circa Lugdunum. V.
*Deſc.* Media. *Alæ omnes* cineraſcentes; in medio alarum omninum ocellus ferrugineus pupilla alba; pone ocellum, ſtriga ex punctis nigris & margo poſticus nigro punctatus. *Subtus* concolores, ſed abſque ocello. *Faun.* 1244.
*Obſ.* Puppa hujus larvæ ſuſpenſa more pap. *braſſicæ, cratægi*, &c. notæ igitur characteriſticæ a larvarum moribus deſumtæ, incertæ. V.

Fuligina-ria. 442. P. G. (la moreſque) pectinicornis, alis nigris, albo punctato-undulatis, ſubtus griſeſcentibus. *Faun.* 1247.
*Clerck. phal. t. 8. f. 7.*
*Fab.* ph. 61. pectinicornis, alis atris, albo ſubfaſciatis, ſubtus griſeis, faſciis fuſcis.
*Hab. in* Europa, ruri. In Sueciæ ericetis. *Fab.* In ſylveſtribus. Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Statura geom. *atomariæ*, ſed minor & tota atra. *Antennæ* minores. *Alæ* faſciis undatis, interruptis, albis. *Subtus* griſeæ, albo punctatæ. *Faun.* 1247.

Margari-taria. 443. P. G. (la perlée) ſubpectinicornis, alis margaritaceis, faſcia rivulari luteſcente, extremitatibus fuſcis. *Faun.* 1249.
*Faun. Fridr. n.* 428.

*Hab.* Holmiæ *C. Clerck.* In Breſſia. V.
*Deſc.* Magnitudo geom. *Wauariæ. Alæ* faſcia lineari luteſcente, a medio anteriorum ad angulum ani; ante hanc faſciam, ala albo-cæruleſcens ſ. margaritacea: faſcia una alterave ad baſin; in medio ſuperiorum littera *B* romana luteſcens; extra faſciam communem, ala fuſca vel fuſco-cæruleſcens; margo extimus ex villis ſæpe albis. *Faun.* 1249.
*Obſ.* Littera *B* ſæpe in fœminis oblitterata. V.

Ribearia. 444. P. G. (du groſeillet rouge) pectinicornis, alis griſeis fuſco ſubfaſciatis, faſcia poſtica moniliformi. *Faun.* 12,9.
*Clerck. phal. t. 6. f.* 5. Phalæna ribeata.
*Hab. in* ribe rubro.
*Deſc.* Magnitudo geom. *gloſſulariatæ. Alæ ſuperiores* griſeæ, faſciis marginalibus tribus, nigris, abbreviatis; quarta faſcia tranſverſa ex maculis nigris orbiculatis concatenata; margo poſticus lineolis nigris. *Inferiores alæ* minus faſciatæ. *Subtus* omnes alæ magis luteo-griſeæ. *Faun.* 1239.

Carbonaria. 445. P. G. (l'inégale) pectinicornis, nigra, alis ſtrigis tribus albidis undatis, ſubinterruptis, antica remotiore. *Faun.* 1246.
*Clerck. phal. t.* 1. *f.* 1.
*Hab.* ruri. In Gallia Auſt. paſſim. V.
*Deſc.* Magnitudo *atomariæ. Alæ* ſubtus obſoletiores. *Faun.* 1246.

Quadrifaſciaria. 446. P. G. (la quadrifaſciée) pectinicornis, alis griſeis, faſcia fuſca undata, puncto atro. *Faun.* 1253.

*Clerck. phal. t. 6. f.* 4. Phalæna quadriſaſciata.
*Fab.* ph. 117. Phalæna quadrifaſciata.
*Faun. Fridr. n.* 431.
*Hab.* Holmiæ. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Minor. Facies geom. *chenopodiatæ. Alæ ſuperiores* ſupra griſeæ : faſcia in medio nigricans, undulata, poſtice repanda, utrinque diſtincta ſtriga alba; in medio faſciæ punctnm nigrum. *Infeferiores alæ* cineraſcentes, ſubfaſciatæ. *Subtus* alæ puncto centrali & arcu gemino, ſingulo ex arcu duplici fuſco conſtructo. *Faun.* 1253.
*Obſ.* Inter geometras ſeticornes numeravit *D. Fab.* ſed apud nos antennæ maris pectinatæ. V.

Punctulataria. 447. P. G. (la pointillée) pectinicornis, ſpirilinguis, alis patentibus cinereis, faſciis duabus fuſcis. *Faun.* 2285.
*Hab. in* umbroſis. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Alæ ſuperiores* cinereæ, faſcia ad baſin fuſca, parva & alia in medio magna, undulata. *Tota* ſuperficies, ſi lente inſpiciatur, punctis albis adſpergitur. Rachis *antennarum* alba eſt. *Inferiores alæ* faſcia unica pallida, in medio obſoleta; *ſubtus,* hæc ala puncto nigro, obſoleto gaudet in medio. *Abdomen* cineraſcens. *Faun.* 2285. Sine nomine.

Tranſverſaria. 448. P. G. (la tranſverſale) pectinicornis, ſpirilinguis, alis patentibus canis, faſciis cinereis duabus tribuſve punctoque nigro. *Faun.* 2286.
*Rœſ. phal.* 3. *p.* 31. *t.* 8.
*Hab. in* pratis arboribus conſitis. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Magnitudo tabani. Maris antennæ *pectinatæ* ſunt, fœminæ vero *ſetaceæ. Alæ ſuperiores* canæ, faſciis duabus vel tribus latis, æqualibus, tranſverſis, ſubcinereis. *Alæ inferiores* canæ, verſus poſticum marginem magis cinereæ. Alæ omnes *ſubtus* coloris accipitrini ſ. cinerei cum tinctura rufeſcentis coloris vix manifeſti; punctum nigricans in alis exterioribus utrinque conſpicuum. *Faun.* 2286. Sine nomine.

*Ex Faun. Fridr.*

Matronaria. 449. P. G. (la matrone) pectinicornis, alis undatim faſciatis, anticis cinereis fuſciſque, poſticis cinereis.
*Hab. in* Europæ nemoribus.

Viduaria. 450. P. G. (la veuve) pectinicornis, alis pallentibus, ſuperiorbus margine inferiori quatuor maculis fuſcis, poſtico linea arcuata undulataque albida.
*Rœſ. inſ.* I. *phal.* 3. *t.* 4.
*Hab. in* groſſularia. In Gallia Auſt. V.
*Obſ.* An geom. *wauaria* diverſa? V.

*Ex eſp. D. Fab.*

Turcaria. 451. P. G. (la Turque) pectinicornis, alis griſeo-nebuloſis, omnibus ſubtus puncto nigro, lunula alba.
*Hab. in* Germaniæ nemoribus. Forſan in Breſſiæ ſylvis, ſaltem convenit deſcriptio, ſed punctum non oculatum. V.
*Deſc.* Geom. *papilionacea* paullo minor. *Alæ omnes* ſupra nebuloſæ ſ. griſeæ, fuſco irroratæ. *Subtus* omnes cinereæ puncto centrali fuſco in quo lunula parva.

Limbaria. 452. P. G. ( la noble ) pectinicornis, alis ferrugineis, limbo nigro, poſticis ſubtus nigris, albo ſtriatis.
*Harr. inſ. Angl. t. 5. f. 4.*
*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Muſ. D. Banks.*
*Deſc.* Statura geom. *atomariæ. Antennæ* nigræ. *Corpus* fuſco-cinereum. *Alæ anticæ* ſupra ferrugineæ, margine craſſiori & poſtico nigris. *Subtus* ferrugineæ, fuſco irroratæ. *Poſticæ* ferrugineæ, atomis margineque poſtico fuſcis. *Subtus* nigræ, albo ſtriatæ.

Roraria. 453. P. G. ( la picotée ) pectinicornis, alis flavis fuſco irroratis, anticis apice nigris.
*Hab. in* Europa Boreali. In Gallia. Auſt. V.
*Deſc. Alæ omnes* utrinque flavæ, atomis fuſcis irroratæ. *Margo* poſticus alæ anticæ *ſuprà* late niger.
*Variat* rarius abſque margine alarum anticarum.
*Obſ.* Hæc geometra omnino affinis noſtræ geom. *circumdatariæ*, ſed diverſa, videtur. Nam *alæ ſuperiores*, nigro non cinctæ. V.

Annularia. 454. P. G. ( la mariée ) pectinicornis, alis cinereis, ſtriga, annulo faſciiſque duabus fuſcis.
*Naturf. 6. t. 4. f. 3.*
*Geoff. tom. 2. p. 144. n. 71.* Inter ſeticornes.
*Reaum. tom. 2. p. 375. t. 31. f. 16.* ſeticornis.
*Hab. in* Germaniæ hortis. In Galliæ acere campeſtri. V.
*Larva* viridis.
*Deſc.* Parva. *Antennæ* apice ſetaceæ.

*Alæ omnes* ſupra griſeæ, ſtriga flexuoſa baſeos, annulo medio & faſciis duabus poſticis fuſcis, quarum anterior dentata, latior. Pone faſcias ordo punctorum nigrorum terminalis. *Subtus* omnes pallidæ, immaculatæ.

*Obſ.* licet nec *Geoff.* nec *Reaum.* citaverit *D. Fab.* geom. *annularia* eſt les 4 *omicrons*. *DD. Geoff. Reaum.*que mares non viderunt. Quies 10 dierum. V.

Praſinaria. 455. P. G. (la verte) pectinicornis, alis viridibus, ſtrigis tribus, anticis obſcurioribus, poſtica pallida.

*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Banks.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Strigæ anticæ obſcuriores, undatæ, poſterior alba, fere recta.

Marginaria. 456. P. G. (la marginée) pectinicornis, alis albidis, pulverulentis, omnibus ſtriga marginali punctorum nigrorum.

*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.* In Galliæ Auſt. ſylvaticis. V.

*Diſc.* Duplex eſt varietas, altera alis albidis, ſtrigis tribus poſticis, ſtriga punctoque centrali fuſcis; altera alis flavidioribus apice obſcuris, poſticis puncto centrali fuſco. Conveniunt vero punctis nigris marginalibus diſtinctis utrinque in omni ala.

*Obſ.* In omnibus *alæ ſuperiores* griſeæ, ſtrigis duabus tribuſve undulatis fuſcis. *Subtus* inferiores griſeæ. V.

Plumbaria. 457. P. G. (la plombée) pectinicornis, alis plumbeis, ſtrigis tribus punctorumque medio fuſcis.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. Prope Lugdunum frequens. V.

*Deſc.* Statura geom. *elinguariæ. Antennæ* pectinatæ, apice ſetaceæ. *Corpus* plumbeum. *Alæ anticæ* plumbeæ, ſtriga parva flexuoſa baſeos duabuſque medii rectis fuſcis. Inter ſtrigas poſticas punctum parvum fuſcum. *Poſticæ*, uti omnes, ſubtus cineræ, immaculatæ.

*Obſ. Alæ ſuperiores* plumbeæ, ſtrigis tribus luteolis, poſtica latiore. V.

Viridaria. 458. P. G. (la verdâtre) pectinicornis, alis rotundatis viridibus, albo ſtrigoſis maculiſque marginalibus atris.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Muſ. D. Banks.* In Gallia Auſt. forſan. V.

*Deſc. Alæ anticæ* virides, ſtriga baſeos alba quæ ad marginem craſſiorem terminatur puncto atro. In medio ſtriæ duæ albæ, undatæ, quæ ad marginem craſſiorem terminantur punctis duobus majoribus atris, ad tenuiorem vero fere coeunt puncto unico parvo atro. Striga poſtica e punctis obſoletis albis. *Puncta* aliquot minutiſſima ad marginem craſſiorem & unicum majuſculum ad apicem. *Margo* poſticus cinereo fuſcoque varius. *Alæ poſticæ*, uti omnes, ſubtus cinereæ fuſco-ſtrigoſæ.

*Obſ.* In noſtro muſæo ſpecimen unum deſcriptione conorme, exceptis maculis atris marginalibus. V.

Minutaria. 459. P. G. (la petite) pectinicornis, alis cinereis, ſtrigis faſciaque fuſcis.

*Hab. in* Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Minuta. *Corpus* nigrum. *Antennæ* pectinatæ. *Alæ omnes* cinereæ, ſtrigis plurimis fuſcis & verſus marginem poſticum faſcia latiori ejuſdem coloris.

*Obſ.*

*Obſ.* Nomen minime ſpeciale; nam plurimis aliis major eſt. V.

*Ex op. D. de Geer.*

Fuſcaria. 460. P. G. (la brune) pectinicornis, alis planis cinereo-fuſcis, faſcia undulata fuſco-ferruginea, nigra marginata; ſubtus carneis. *Retz. n.* 76. - *De Geer tom.* 2. *p.* 351. *t.* 5. *f.* 13.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* albidæ, faſcia fuſca tranſverſali, ad marginem exteriorem lata, ad interiorem anguſta. *Subtus* omnes griſeo albidæ. V.

Albaria. 461. P. G. (la blanche) pectinicornis, alis planis albis, linea undulata duplici nigreſcente ad marginem poſticum maculiſque binis repandis, ferrugineo variegatis ad marginem exteriorem. *Retz. n.* 80. - *De Geer tom.* 2. *p.* 355. *t.* 6. *f.* 2.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ericetis frequens. V.

*Obſ.* An phal. *fluctuata Linn.? Diagn.* omnino fere convenit. *Antennæ* maris valde pectinatæ. V.

Teſtacearia. 462. P. G. (la feuille-morte) pectinicornis, alis planis, ſuperioribus teſtaceis faſcia pallida, inferioribus pallidis. *t.* 6. *f.* 5. *Retz. n.* 81. - *De Geer tom.* 2. *p.* 356. *t.* 6. *f.* 3.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſ.* Magnitudine media. *Alæ ſuperiores* fuſco-punctatæ, faſcia lata poſtica ſubteſtacea, *ſubtus* linea tranſverſali punctoque fuſcis. Margo omnium punctis fuſcis punctatus. V.

Parallela-ria. 463. P. G (les parallales) pectinicornis, alis planis albo-cineraſcentibus, ſuperioribus lineis 2 parallelis fuſcis *Rezt. n.* 88.–*De Geer tom.* 2. *p.* 357. *t.* 6. *f.* 4.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis frequens. V.
*Deſc.* Magnitudine media. *Alæ ſuperiores* griſeæ, ſtrigis duabus tribuſve fuſcis parallelis, *ſubtus* conſpicuis. V.

Undulata-ria. 464. P. G. (l'ondulée) pectinicornis, alis planis, cinereis, faſciis 2 duplicatis undulatis, nigris maculaque albida ſuperioribus, ſingulo abdominis albo *t.* 5. *f.* 6.
*Retz. n.* 85. – *De Geer tom.* 2. *p.* 358. *t.* 6. *f.* 5.
*Scop. carn.* 555. An?
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Inter medias minor. *Alæ ſuperiores* in parte antica griſeæ, faſcia griſea, ſtriga clauſa: ſtriga non ſimplex, ſed ex duabus tribuſve ſtrigis compoſita; dein punctum in faſciolæ griſeæ medio, dein *alæ* fuſcæ: ſtriga nigra albo marginata fuſcedinem terminat. Paullo ante marginem faſcia albida undulata. *Inferiores ſubtus* albido-griſeæ, ſtrigis punctoque fuſcis. Differt igitur a phal. *D. de Geer.* V.

*Ex Ent. D. Scop.*

Menſura-taria. 465. P. G. (l'eſpacée) pectinicornis, alis cineraſcentibus, atomis fuſcis obſitis, anticis faſciis tribus lineaque apicis caffeatis, margine paleaceo.
*Hab. in* Europæ ſiccis & apricis collibus.

Mœniata-ria. 466. P. G. (la fortifiée) pectinicornis, alis anticis albido-cineraſcentibus, faſcia

caſſeata, lata, dentata, margine paleaceo.

*Hab. in* Europæ ſylvis. Prope Lugdunum. V.

*Obſ.* Faſcia in utraque pagina conſpicua. V.

Cruentataria. 467. P. G. (l'enſanglantée) pectinicornis, alis ſupra oſſeis, faſcia communi fimbriaque ruſſeis.

*Hab. in* Europa.

*Ex inſ. pariſ. D. Geoff. ent.que pariſ.*

Leucopheataria. 468. P. G. (la griſaille) pectinicornis, alis patentibus cinereis, atomis maculiſque nigris.

*Entom. pariſ.* Bandevillæa.

*Hab. in* Europa. In ſylvis non rara prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Inter majores numeranda eſt. *Alæ omnes* griſeæ, ſtrigis tribus quatuorve fuſcis, etiam in alis inferioribus ſupra conſpicuis. *Margo* exterior alarum anticarum nigro punctatus. *Subtus* omnes albido-griſeæ, puncto centrali arcuque fuſcis. *Fœmina* pallidior. *Variat* hæc phal. *Colore* minus magisve griſeo, magnitudine ſtrigarumque numero. *Variat* infra ſæpe puncto arcuque oblitteratis, ſæpe arcu punctato, ſæpe faſciola punctata ad apicem alarum anticarum infra. *Fœminæ* rariores. V.

Malletinaria. 469. P. G. (la maculée) pectinicornis, alis cinereis, ſuperiorum margine extero maculis quatuor oblongis fuſcis, limbo fuſco.

*Hab. in* Europa. In Galliæ hortis. V.

*Deſc.* Noſtra minor. *Alæ ſuperiores* ..., maculis quatuor fuſcis in limbo. *Antennæ* maris leniter pectinatæ. V.

Miliataria. 470. P. G. (la pointillée) pectinicornis, alis cinereis, fuſcis margineque nigro punctatis.
*Hab. in* Europa. Frequens in Breſſiæ umbraticis. V.
*Deſc.* Parva. *Alæ omnes* cinereæ, atomis fuſcis irroratæ; margo poſticus nigro punctatus. *Antennæ* potius dentatæ quam pectinatæ. V.

Cinerataria. 471. P. G. (la cendrée) pectinicornis, alis cinereis, ſuperiorum margine exteriore macula triplici nigro-fuſca. *t.* 6. *f.* 4.
*Geoff. inſ. pariſ.* 46?
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis. V.
*Deſc.* Præcedenti major. *Alæ ſuperiores* cinereæ, margine exteriore nigro punctato. His punctis facile dignoſcitur. Variat magnitudine flavedineque in margine poſtico alarum omnium. *Alæ inferiores* ſubangulatæ. V.

Immaculataria. 472. P. G. (l'immaculée) pectinicornis, alis albis, inferioribus puncto nigro.
*Entom. pariſ. n.* 64.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum. V.
*Deſc. Tota* alba. *Inferiores infra* albæ, puncto centrali nigro. *Antennarum* coſta albida, radiis fuſcis. V.

Nitidularia. 473. P. G. (la brillantée) pectinicornis, alis albis, nitentibus, cinereis punctoque ſuperiorum nigro.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum in ſylvis vulgo *De Vaſſieu*. V.
*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* cinereæ, micantes, puncto lato nigro. *Subtus* obſcuriores, licet lucidæ. In omnibus punctum centrale fuſcum. V.

Cartheſia-naria. 474. P. G. (la piquure) pectinicornis, alis fuſcis, atomis obſcuris.
*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. ſylvaticis. V.
*Deſc.* Minor. *Tota* fuſca, atomis obſcurioribus ſupra infraque irrorata.

Bicincta-ria. 475. P. G. (la double ceinture) pectinicornis, alis flavis, lineis ſuperne tribus, inferne duabus tranſverſis fuſcis.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum in Breſſia. V.
*Deſc.* Parva, tota flava, lineis tribus margineque fuſcis.

*Ex noſt. Muſ.*

Obſcura-ria. 476. P. G. (l'obſcurcie) pectinicornis, alis obſcuris, lineis duabus fuſcis repandis.
*Deſc.* Magnitudo tortricum reliquarum, at alæ magis deflexæ, ut in noctuis, ideoque hæreo utri potius adſocianda; ob parvitatem huic magis affinis videtur. *Corpus* cinereum. *Alæ ſuperiores* ſupra fuſcæ, ſed margo exterior late albus, a qua albedine quaſi ramus obtuſus poſteriora verſus introrſum exit verſus alæ diſcum; poſtice quaſi faſcia alba, obſoleta adparet. *Inferiores* alæ albæ. *Subtus* omnes cinereæ. *Faun.* 1305.
*Obſ.* Hæc phal. ultima *ſyſt.* geometrarum, conjungit geometras & tortrices. Primo intuitu tortrix judicaretur. Larva non fuit deſcripta, forſan *Linn.* cognita, inde inter geometras ordinavit. V.

*Ex entom. D. Scop..*

Lineata. 565. P. G. (la diviſée) ſeticornis, alba

tota, linea marginali veniſque ſubtus fuſcis.

*Hab. in* Europæ pomariis. In Gallia. Auſt. In pratis loci vulgo *Francheville* prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Margo ſuperior *alæ anticæ* fuſcus, eadem *ſubtus* faſcia obſoleta maculaque fuſcis. *Antennæ* ſetaceæ, cervinæ. *Abdomen* ſubtus lineis tribus fuſcis, longitudinalibus. *Pedes* cervini.

*Obſ.* A geom. *dealbata* an ſatis diſtincta? Lunula nigra alarum anticarum imago differre ſolum videtur. V.

Exanthemata. 566. P. G. ( la puſtulée ) alba, ſtrigis obſoletiſſimis tranſverſis tribus, poſticis duabus ferrugineis.

*Hab. in* Europæ ſalicetis. In loco vulgo *les Brotteaux* prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Media. Affinis geom. *ſtrigilatæ* a qua punctis diſtinguitur. V.

*Obſ.* Variat puncto ſub alis nigro.

Punctata. 567. P. G. ( la ponctuée ) ſeticornis, alba, alis omnibus utrinque puncto nigro medio, anticis punctis 7 nigris marginem externum occupantibus.

*Hab. in* Europæ collibus herbidis. Frequens prope Lugdunum. V.

*Deſc.* *Antennæ* ſetaceæ. *Alæ anticæ* ſtriga una biniſve obſoletiſſimis ſubferrugineis minutiſque punctulis raris fuſcis variegatæ *ſubtuſ*que magis ferrugineæ. Puncta nigra marginalia in alæ ſingulæ inferiore pagina evidentiora quam in ſuperiore.

Ornata. 568. P. G. ( l'ornée ) ſeticornis, alba, alis omnibus ſupra faſciis binis limbi, antica undata.

*Hab. in* Europæ pratis.

*Deſc.* Ornatus limbi ſingularis huic uni proprius; nempe faſcia fuſco-cinerea, ſubmarginalis, ex plurimis punctis conjunctis facta; aliaque faſcia compoſita maculis binis convexis, cervinis, linea nigra tectis nec non maculis aliis duabus fuſco-cinereis intermediis, ſed inferioribus. Præterea *ala* quælibet ſupra faſciam gerit mediam, ſubcervinam, obſoletam, cui vicinum, in alis tantum poſticis, eſt punctum nigrum. *Alæ anticæ* ſubtus, faſciis obſoletis fuſceſcentibus binis. *Poſticæ* unica, ſingulæ puncto nigro notatæ. *Antennæ* ſetaceæ.

*Obſ. Alæ poſticæ* ſubdentatæ ſunt.

Sylvata. 569. P. G. (des forêts) ſeticornis, alis albidis, faſciis duabus ferrugineo-fuſcis, poſtica maculari. *Fab. t.* 6. *f.* 14.

*Fab. f.* 94. ulmata.

*Sepp. inſ.* 6, 13. *t.* 3.

*Hab. in* ſylvis faginis, umbroſis. *Scop.* In Angliæ ulmo platano. *Fab.* In Delphinatus ulmis. V.

*Larva* viridis, nigro lineata, capite caudaque nigris.

*Puppa* folliculata, cæruleſcens. *Fab.*

*Deſc.* Minor geom. *groſſul. Corpus* flavum, nigro punctatum. *Alæ* albiſſimæ, faſcia baſeos fuſca, ferrugineo tincta. Faſcia altera in medio ad marginem craſſiorem macularis. *Subtus* omnes albæ, maculis fuſcis. *Fab.*

*Obſ. Alarum ſuperiorum* faſcia prima in baſi, ſecunda, quæ pupillata, verſus angulum ani. *Inferiores* in eodem loco ſimiliter maculatæ. *Subtus* omnes maculis nigris rotundis notatæ. *Corpus* luteum nigro punctatum. V.

Staphylæata. 570. P. G. ( du ſtaphylier ) ſeticornis, alæ concolores albæ, anticæ limbo maculiſque binis contiguis fuſcis, craſſiori margini impoſitis.

*Hab. in* fago, ſtaphylæa. In Gallia Auſt. forſan, licet magnitudine valde diſſimilis. V.

*Variat* 1°. alis anticis, faſcia abrupta fuſca maculiſque marginalibus coalitis.

2°. . . . . . . . . . . . . . macula parva diſci maculiſque marginalibus disjunctis.

3°. ———— poſticis limbo & diſco fuſco-faſciato maculato.

4°. . . . . . . . . . . . . . limbo maculis tribus obſoletis, faſcia nulla.

*Deſc. Lingua* ferruginea. *Antennæ* ſetaceæ. *Corpus* totum maculis alarum concolor. *Tibiæ poſticæ* pallidæ.

Glaucata. 571. P. G. ( la verdâtre ) ſeticornis, alba, alis anticis faſcia media ſubeluta fuſceſcente, ad marginem inferiorem glauco fuſcoque varia.

*Hab. in* Europæ ſylvis.

*Deſc. Caput* fuſcum. *Antennæ* ſetaceæ eo pallidiores. *Abdomen* fuſceſcens. *Alæ anticæ* binis ordinibus punctorum ad marginem externum *ſupra; ſubtus* margine eodem & craſſiore necnon faſcia lata, fuſceſcentibus. *Poſticæ* ſupra limbo fuſceſcente, *ſubtus* albæ totæ.

Faſciata. 572. P. G. ( la découpée ) ſeticornis, alba, alis anticis ſupra, baſi faſciaque dentata fuſco ferrugineoque variis.

*Hab. in* Europæ ſylveſtribus umbroſiſque locis. Circa Lugdunum. V.

*Obſ.* Habitus & faſciæ figura, ut in phal. *Friſch. inſ.* 7. *t.* 19. *f.* 2. ſed colores alii.

*Variat* 1°. baſi alarum anticarum faſciaque lineolis curvis cæruleſcentibus variegata; punctis 2 nigris, duas lineas ab apice remotis; limbo fuſceſcentibus binis faſciolis ad alæ apicem non productis; *abdominis* inciſuris ſingulis ſupra pari uno punctorum nigrorum. *Alæ anticæ* ſubtus, punctis 7 albidis in limbo, *poſticæ* lineola media nigra antica tranſverſa, qualis etiam ſub anticis prope marginem craſſiorem.

2°. Faſcia magis ferruginea, minuſque fuſca & abſque lineolis cæruleſcentibus, ſubtus ſine punctis albidis. *Abdomen* ſine punctis nigris.

3°. Faſcia puncto nigro immerſo, baſi obiter faſciata. *Abdomen* punctatum, ut in *Var.* 1.

4. Faſcia obſoleta interrupta, *abdominis* inciſuris ſupra bipunctatis.

*Deſc.* Varietati primæ ſimilia noſtra ſpecimina. V.

Chloroſata. 573. P. G. (la pâlie) albida, ſeu colore eodem fere ut vultus in cachexia virginea.

*Hab. in* Europæ paſcuis. *Ibid.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc. Alæ anticæ*, lineis rectis ferrugineis, binis, tranſverſis, quibus interjacet punctum fuſcum in ſola pagina ſuperiore conſpicuum.

Mucronata. 574. P. G. (l'aiguë) oſſeo-cinerea, alis anticis apice acuminatis lineaque fuſca ibidem.

*Hab. in* Europæ ſalicetis. *Ibid.* Circa Lugdunum. V.

*Deſc.* Mucrone lineaque apicis a præcedenti imprimis diverſa, nec non alis

omnibus ſubtus fuſceſcentibus atomis adſperſis anticiſque ibidem, ubi ſupra, puncto fuſco notatis. Cæterum lineæ in alis anticis ſupra, cum interjecto puncto, ut in priore.

Iſoſcelata. 575. P. G. (l'iſocèle) ſeticornis, alis ſupra albis, faſciis 4 lineoliſque parvis tranſverſis fuſcis, ſubtus flaveſcentibus.

*Hab. in* Europæ ſubſylveſtribus.

*Deſc.* Faſcia baſeos arcuata, alia huic proxima cum tertiæ apice in margine inferiore unita in triangulum iſoſceles, faſcia quarta abrupta; flavedo etiam aliqua circa has faſcias obſervatur, fimbria terminalis albo fuſcoque varia. *Alæ poſticæ* tres faſcias fuſcas obſoletas habent ſubtus binas. *Antennæ* ſetaceæ.

Laccata. 576. P. G. (la laque) ſeticornis, alis ſupra viridanis, faſciis binis poſticis primorumque margine craſſiore laccatis.

*Hab. in* Europæ juniperetis, verno tempore obvia. Prope Rhodani anticum alveum in loco vulgo *le Content*. V.

*Deſc. Antennæ* ſetaceæ. Faſciæ *Alarum poſticarum* minus conſpicuæ, omnes ſubtus obſoletæ & obſcuriores, puncto fuſco ſub alis anticis.

*Obſ.* Parva. *Alæ omnes* virideſcenti-luteæ. *Superiores* faſcia poſtica laccata. Margo exterior ſimili modo coloratus. *Subtus* faſcia eadem omneſque eodem colore tinctæ. An varietas. V.

Inflammata. 577. P. G. (l'enflammée) ſeticornis, alis anticis hepaticis, diſco ſubtus nigricante, utrinque maculis quinis lineaque limbi aureis, poſticis fuſcis, faſciis binis maculaque aureis.

*Hab. in* Europa. In pratis Carnicliæ tota æſtate frequens.

*Deſc.* Aureæ faſciæ & maculæ quoad colorem, non vero quoad nitorem. Faſcia antica *alarum poſticarum* alia triplo craſſior. *Abdomen* alis anticis concolor, cingulis aureis. *Antennæ* ſetaceæ. Ovum luteum, nitidum, ſphæricum. Sedentis *alæ* non horizontales, ſed adſcendentes.

Aurata. 578. P. G. (la dorée) habitus & colores ut in priore, ſed alis anticis maculis 4, poſticis unica, utrinque aureis, faſciis nullis.

*Hab. in* montibus Carnioliæ.

*Deſc.* Niſi inveniſſem in copula utrumque ſexum uniformem, cum priore facile conjunxiſſem. *Mas* abdomen canis longiſque pilis terminatum habet. Alarum ſedentis ſitus prioris.

Spatacea-ta. 579. P. G. (la jaunâtre) ſeticornis, alis oſſeis, ſtrigis tranſverſis obſcurioribus, repandis, obſoletis, puncto nigro utrinque notatis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Seticornis. Si lente obſervetur, punctulis raris nigris hinc inde adſperſa videtur, ad margines alarum puncta nigra. *Alæ ſubtus* pallidiores. *Anticæ* ſtrigis obſoletis fuſcis binis faſciatæ; *poſticæ* unica.

Alpinata. 580. P. G. (l'alpine) ſeticornis, alis fuſco-cervinis, thorace capiteque nigricantibus tomentoſis.

*Hab. in* ſummis herbidiſque cacuminibus Alpium Vochinenſium, *Carnioliæ ſuper.* abunde.

*Obſ.* Hæc alas non penitus expandit, lente volat.

Murinata. 581. P. G. (la ſouris) ſeticornis, alis murinis abſque maculis faſciiſque.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Seticornis, pulchella, oculis fuſcis.
*Obſ.* Minor. Aliquoties faſciæ lente conſpicuæ. V.

Rivulata. 582. P. G. (l'entrecoupée) alba, alis anticis rivulis ferrugineis, poſticis faſcia ſtrigiſque duabus tranſverſis fuſcis, omnibus ſtriga marginali utrinque ferruginea.
*Hab.* copioſa in Carnioliæ pratis, poſt primum fœniſecium.
*Deſc.* Habitus *pyralis*, ſed alæ ſedentis expanſæ *geometram* indicant. *Alarum primorum* rivuli ita ſunt conſtituti, ut tres albas inſulas in diſco efficiant; harum pagina inferior rivos fuſcos gerit, aut, ſi velis, fuſca eſt, maculis 4 in diſco niveis, octo in limbo in unam ſeriem ordinatis. *Alæ poſticæ*; faſcia limbi plerumque poſtico latere dentata, hujus lineæ nigricantes repandæ non attingunt marginem alæ oppoſitum; macula ferruginea impoſita lineæ poſticæ, in medio alæ. *Corpus* album. *Antennæ* ſetaceæ. *Pedes* poſtici alis longiores.
*Variat*, alis omnibus etiam ſubtus albis, rivis obſcurioribus, aliſque abſque macula ferruginea.

Litterata. 583. P. G. (l'imprimée) ſeticornis, alis cervinis, anticis linea tranſverſa poſtica, alia antica, hiſque interjecta

littera V

littera *V* albis, poſticis faſciis binis, anguſtis, fuſcis..

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Lineá *alarum anticarum* ad baſin; ſubtus elota ibidemque maculæ duæ albæ contiguæ loco litteræ *V*; conſtantes ſunt in omnibus 1°. color cervinus; 2°. alba linea tranſverſa poſtica utrinque in alis primoribus; 3°. faſciolæ duæ albæ *alarum poſticarum* utrinque, quarum poſtica arcuata naſcitur e medio marginis externi & deſinit in margine ſuperiore intervallo lineæ unius ab apice.

Inquinata. 584. P. G. (l'entrelacée) ſeticornis, tota pallide ferruginea, alis omnibus ſupra faſciis bilineatis flaveſcentibus, ſubtus immaculatis.

*Hab. in* Europæ pratis.

*Deſc.* Seticornis. *Alæ*, margine externo fuſco punctato; *anticæ* bifaſciatæ, faſciis bilineatis; harum poſticæ linea extima dentata, anticæ vero lineæ, ut ſerpens in mercurii baculo, convolutis ita, ut duos annulos efficiant. *Alæ poſticæ* faſcia una bilinearis: linea poſtica dentata: linea alia antica obſoleta loco faſciæ ſecundæ.

Tenebrata. 585. P. G. (la ténébreuſe) ſeticornis, fuſceſcens, alis anticis ſubtus macula flava, poſticis faſcia flava.

*Hab. in* montanis Carnioliæ.

*Deſc.* Seticornis & ſemigeometra, ſeu alis ſemipatulis, nec tamen *tortrix*. *Alæ anticæ* lineola alba prope apicem in margine craſſiore biniſque ſimilibus in fimbria terminali. *Alæ poſticæ* albida fimbria terminatæ; *ſubtus* potiſſimum

anticæ flavæ limbo fuſco, ſuperne nigricantes, faſcia flava non attingente marginem inferiorem.

Signata. 586. P. G. (la gravée) ſeticornis, albida, alis anticis ſupra ſtrigis duabus obſoletis fuſceſcentibus punctoque nigro utrinque.

*Hab. in* ſylvis.

*Deſc.* Seticornis. *Alæ poſticæ* ſubtus puncto fuſco ſignatæ.

Deſpicata. 587. P. G. (la ſauvage) ſeticornis, alis cervinis aut murinis, anticis faſcia poſtica maculiſque binis marginalibus, poſticis faſciis binis ferrugineis.

*Hab. in* Europæ incultis, ſiccis neglectiſque locis.

*Deſc.* diagnoſis data colores alarum ſupernos indicat, faſciis maculiſque ſemper obſoletis. *Alæ poſticæ* ſubtus ferrugineæ, faſcia media punctoque baſeos murinis. Margo quoque ſingulæ alæ externus, præſertim ſubtus, punctulis obſcurioribus variegatus.

Nigrata. 588. P. G. (la noircie) fuſca, alis omnibus fimbria faſciaque albis, anticis punctis binis atris.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. non frequens. V.

*Deſc.* Faſcia ſub alis interrupta, puncto in eadem pagina maculaque antica inferiori margini impoſita, albis. *Poſticæ alæ* macula ad baſin alba *ſubtus* notatæ. *Tibiæ* pallidæ.

*Obſ. Alæ omnes* nigro-fuſcæ, albo tinctæ. Faſcia media albida, ſed brevis, *ſubtus* omnes fuſcæ, albo marginatæ. V.

Æthiopa-ta. 589. P. G. ( l'Ethiopienne ) nigra, alis omnibus utrinque faſcia albida.

*Hab. in* Europæ herbidis ſylveſtibus. In Gallia Auſt. rara. V.

*Deſc.* Cum *albicillata* Linn. *Faun ſuec*, confundi nequit, juxta datam deſcriptionem. Noſtræ enim *alæ ſuperiores* totæ nigræ ſunt, ut & *poſteriores*, quæ puncto centrali & arcu fuſco carent; faſcia quoque in noſtris anguſta nimis, quam ut latiſſima diceretur.

*Obſ. Alæ ſuperiores* nigræ ſ. nigricantes. Faſciola potius quam faſcia albida, in utraque pagina conſpicua. *Alæ inferiores* fuſcæ. *Alæ omnes* ſubtus flaveſcentes, ſtriga fuſca obſoleta. V.

Obfuſca-ta. 590. P. G. ( l'enfumée ) fuſco-nigra. alis omnibus alba fimbria maculaque flava. *t.* 6. *f.* 15.

*Hab. in* calidiore Carniolia. In Gallia Auſtraliore. V.

*Deſc. Alæ anticæ* margo inferior ſubtus albus.

*Obſ.* Parva. *Alæ omnes* cinereo-fuſcæ. *Superiores* ſubtus albo fimbriatæ, macula magna fulva. V.

*Ex ſpec. D. Fab.*

Equeſtra-ta. 591. P. G. ( le ruban fauve ) ſeticornis, alis omnibus nigris, faſcia fulva 99. *t.* 6. *f.* 16.

*Hab. in* Germania. *D. Schulz*. In Delphinatu. V.

*Deſc. Antennæ* craſſæ, filiformes, nigræ. *Corpus* nigrum. *Alæ* rotundatæ, concolores, nigræ, faſcia lata fulva, quæ tamen marginem exteriorem alæ anticæ haud attingit.

*Obſ.* In omnibus alis faſcia fulva, utrinque conſpicua. V.

Cærulata. 592. P. G. (le ruban bleu) ſeticornis, alis obſcure viridibus, fuſco faſciatis faſciiſque duabus cæruleis. 103.
*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.*
*Deſc. Antennæ* fuſcæ. *Caput* & *thorax* vireſcentia. *Abdomen* cinereum. *Alæ anticæ* obſcure vireſcentes, faſciis ſtrigiſque fuſcis. Ad baſin faſcia obliqua ad marginem tenuiorem dilatata & in medio altera latior læte cæruleſcens. *Pedes* pallidi, tibiis nigro annulatis.

Rufata. 593. P. G. (la rouſſe) ſeticornis, alis cinereis, poſtice ferrugineis, ſtriga alba punctiſque marginalibus nigris. 104.
*Hab. in* Angliæ nemoribus.
*Deſc. Palpi* apice rotundati, fere uti in pyralide. *Caput, thorax* & *abdomen* cinerea, immaculata. *Alæ* baſi cinereæ, maculis duabus vel tribus parvis rufis, poſtice rufeſcentes, ſtriga alba quæ tamen marginem craſſiorem haud attingit: ſtriga marginalis e punctis nigris.

Griſata. 594. P. G. (la griſe) ſeticornis, alis griſeis, anticis ſtriga, faſcia punctoque fuſcis. 109.
*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.* In Breſſia. V.
*Deſc. Antennæ* cinereæ. *Alæ anticæ* griſeæ, ſtriga baſeos faſciaque lata poſtica fuſcis. Punctum fuſcum ante faſciam. *Ala* pone faſciam obſcurior. *Poſticæ* griſeæ, faſcia lata fuſca, in qua punctum nigrum & pone faſciam obſcuriores. *Subtus* omnes griſeæ, puncto centrali ſtrigaque poſtica fuſcis.
*Obſ.* Media. V.

Bimaculata. 595. P. G. ( la bimaculée ) ſeticornis, alis albis, anticis maculis duabus coſtalibus. Fuſcis. 114. *t.* 6. *f.* 17.

*Hab. in* Lipſiæ hortis. In Gallia Auſt. rarior. V.

*Deſc.* Statura & magnitudo geom. *ocellatæ. Corpus* album, *antennis* nigris. *Alæ* niveæ, atomis aliquot & maculis duabus trigonis, coſtalibus, fuſcis. *Subtus* omnes albæ, puncto centrali fuſco.

*Obſ.* Minor inter medias, tota alba, maculis duabus fuſcis trigonis in ſingulo margine interiori. V.

Volutata. 596. P. G. ( la roulée ) ſeticornis, alis omnibus viridibus, ſtrigis duabus albis. 115.

*Harriſ. inſ. Angl. t.* 8. *f.* 8 ?

*Hab. in* Germania. In Gallia circa Lugdunum. V.

*Deſc. Corpus* & *alæ* viridia. Strigæ duæ lineares, anteriore obſoletiore; *ſubtus* ſtriga unica obſoleta.

*Obſ.* Tota viridis, ſtrigis duabus albis. V.

Fimbriata. 597. P. G. ( la frangée ) ſeticornis, alis plumbeis, faſcia lata fuſca, flavo marginata. 116.

*Schæff. icon. t.* 80. *f.* 6, 7.

*Hab. in* Germania. *D. Schulz.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Punctum centrale parvum atrum in faſcia lata fuſca.

*Obſ.* Majuſcula. *Alæ ſuperiores* margaritaceæ, faſcia fuſca in medio punctata. V.

Lynceata. 598. P. G. ( le lynx) ſeticornis, alis rotun-

datis albis, faſciis duabus punctoque apicis, fuſcis. 119.
*Schæff. icon. t.* 123. *f.* 6.
*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Ibid.* In Breſſia. V.
*Deſc.* Affinis geom. *ocellatæ. Caput* & *thorax* fuſca. *Abdomen* album, punctis dorſalibus fuſcis. *Alæ anticæ* albæ, faſcia baſeos fuſca. In medio faſcia latior fuſca, puncto magno atro, litura obſoleta, puncto atro verſus apicem. *Poſticæ* albæ, puncto fuſco.
*Obſ.* Licet affinis geom. *ocellatæ*, non tamen *ocellata*. Punctum fuſcum in medio faſciæ latæ. V.

Rivulata. 599. P. G. (la coupée) alis albidis, faſciis duabus nigris, poſteriori terminali. 120.
*Hab. in* Germania. *Dr. de Hattorf.* In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Caput* & *thorax* fuſca. *Abdomen* cinereum, dorſo faſciculis duabus erectis, brevibus. *Alæ anticæ* baſi albæ, litura marginis craſſioris fuſca. In medio faſcia ſubſinuata fuſca; pone hanc *alæ* albæ, litura marginis craſſioris obſoleta, fuſca. Margo poſticus fuſcus, ſtriga punctorum nigrorum. *Poſticæ* obſcuræ. Subtus *anticæ* fuſcæ, maculis obſoletis albis. *Poſticæ alæ*, puncto centrali faſciiſque duabus fuſcis.
*Obſ.* Sub eodem nomine phalænam diverſam deſcripſerunt. *DD. Scop.* & *Fab.* V.

Centum-notata. 600. P. G. (le C-noir) ſeticornis, alis ferrugineo fuſcoque variis, faſcia media griſea *C* atro notata. 125.
*Naturf.* 6. *t.* 4. *f.* 4.
*Hab. in* Germania. *D. Schulz.*

*Deſc.* Ruſtica media, ſtatura. geom. *chenopodiatæ*.

Duplicata. 601. P. G. (la doublée) ſeticornis, alis griſeis, ſtrigis duabus fuſcis duplicatis. 126.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. In Gallia prope Lugdunum. V.

*Deſc. Corpus* cinereo-fuſcum. *Alæ anticæ* griſeæ, litura baſeos faſcia obliqua, at haud undata, e ſtrigis duabus compoſita ante medium, & alia in medio e tribus ſtrigis approximatis undatis conſtans. *Poſticæ* cinereæ. *Subtus* omnes cinereæ, puncto centrali nigro.

*Obſ.* Noſtra minor. An varietas. Striga anterior duplex, media triplex. *Alæ ſuperiores* poſtice late ferrugineæ. V.

Lunulata. 602. P. G. (la lunule) ſeticornis, alis fuſcis poſtice ſtrigis undatis flavis. 127.

*Hab. in* Germaniæ nemoribus.

*Deſc.* Media. *Corpus* fuſcum. *Alæ anticæ* fuſcæ, margine antico flavo punctato. Verſus marginem poſticum ſtrigæ tres e lunulis flavis, quarum anterior macula majori terminatur. Margo ipſe flavo punctatus. *Poſticæ* fuſcæ, apice ſtrigis tribus undatis margineque poſtico punctis flavis. *Subtus* omnes baſi cinereæ, apice obſcuriores, ſtrigis pallidis.

Punctata. 603. P. G. (la ponctuée) ſeticornis, alis rotundatis niveis, anticis puncto medio fuſco margineque nigro punctato. 134.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Ibid.* In Breſſia.

*Deſc. Corpus* niveum, immaculatum. *Antennæ* ſubtus rufæ. *Alæ* albæ,

punćto medio atro. Margo alarum, litura obſoleta fuſca punćtiſque ſeptem nigris. *Poſtice* albæ immaculatæ.

*Obſ.* Colore niveo, punćto fuſco, punćtis marginalibus facile dignoſcitur hæc geometra. Variat. Punćtum aliquoties majus. V.

Mediata. 604. P. G. ( l'ondée ) ſeticornis, alis omnibus griſeo undatis, punćto centrali fuſco margineque nigro punćtato. 135.

*Hab. in* Germania. *Dr. de Hattorf.* In Breſſia. V.

*Deſc.* Affinis geom. *punćtatæ. Alæ omnes* cinereæ, ſtrigis undatis, obſoletis, obſcurioribus.

*Obſ.* Parva. V.

Sociata. 605. P. G. ( l'aſſociée ) ſeticornis, alis flaviſſimis, faſcia lata fuſca, retrorſum dentem exerente. 136.

*Harriſ. Aurel. t.* 35. *f. l.*

*Deſc.* Parva. *Corpus* flaveſcens. *Alæ* rotundatæ, incumbentes. *Anticæ* flavæ, faſcia obſoleta baſeos; alia latior, ſaturatior, in medio dentem retrorſum exerens, apice litura fuſca maculaque cinerea. *Poſticæ* albæ.

*Obſ.* Striga dentata infra conſpicua. V.

Centrata. 606. P. G. ( la centrée ) ſeticornis, alis flaveſcentibus, fuſco undatis, anticis punćto centrali nigro. 137.

*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.* In Breſſia. V.

*Deſc. Antennæ* breves, albæ. *Alæ anticæ* flaſveſcentes, faſciis plurimis anaſtomoſantibus obſcurioribus punćtoque centrali nigro. *Poſticæ* rotundatæ flaveſcentes, faſciis undatis plurimis fuſcis. *Subtus* concolores, at obſcuriores.

*Obſ. Alæ poſticæ* in omnibus noſtris ſubdentatæ. An varietas ? V.

Cinerata. 607. P. G. ( la cendrée ) ſeticornis, alis cinereis, puncto centrali margineque poſtico undato, fuſcis. 138.
*Hab. in* Germania. *Dr. de Hattorf.*
*Deſc. Alæ omnes* cinereæ vel pallidæ, baſi immaculatæ, puncto centrali fuſco. Margo poſticus late fuſcus, cinereo undatus. *Subtus* concolores.

Corrigata. 608. P. G. ( la corroyée ) ſeticornis, alis fulvis, ſtrigis undatis, fuſco-ferrugineis. 140.
*Hab. in* Italia. *Dr. Allioni.* In Gallia Auſt. circa Maſſiliam. V.
*Deſc.* Parva. *Alæ omnes* dilute fulvæ, ſtrigis plurimis undatis obſcurioribus. *Subtus* concolores, puncto centrali nigro.

Variegata. 609. P. G. ( la variée ) ſeticornis, alis omnibus purpureis, maculis margineque flavis. 142.
*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.*
*Deſc. Corpus* fuſcum, cauda flaveſcente. *Alæ anticæ* purpureæ, macula magna media margineque poſtico, flavis. *Poſticæ* purpureæ, puncto centrali margineque flavis. *Subtus* concolores, at obſcuriores.

*Ex Faun. Fridr.*

Teſſelata. 610. P. G. ( la marquetée ) ſeticornis, alis omnibus margine teſſelato, diſco cinereo, ſubtus luteſcentibus, ſtrigis undulatis albidis.
*Hab. in* Europæ pratis.

Strigata. 611. P. G. ( la ſillonnée ) ſeticornis, alis viridibus, margine teſſelato, ſtrigis duabus albis.
*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 3. *t.* 13.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Parva. *Tota* viridis. *Alæ inferiores* fere angulatæ, ſtrigis plurimis albis vix conſpicuis. An præcedentis varietas? V.

*Ex op. D. de Geer.*

Sambucata. 612. P. G. ( du ſureau ) ſpirilinguis, ſeticornis, alis planis fuſco-griſeis, maculis albo flavidis nitidis. *Retz.* 130.– *De Geer tom.* 2. *p.* 456.
*Hab. in* Europæ ſambuco, ſyringa.
*Larva* 16 poda albido-viridis.
*Deſc. Alæ omnes* griſeo-fuſcæ, maculis rotundatis, lucidis. *Subtus* albido-pallidæ, mutabiles, ſtrigis undatis tranſverſalibus.

Violacea nigro-ſtrigata. 613. P. G. ( la violette ) ſpirilinguis, ſeticornis, alis extenſis violaceis, griſeo-albidoque mixtis, ſtrigis tribus angulatis nigris. *Retz.* 136. – *De Geer tom.* 2. *p.* 457. *t.* 9. *f.* 5.
*Hab. in* Europa. In Galliæ roſa arvenſe. V.
*Larva* 10 poda viridis, pedibus rubris, macula rubra triangulari, ano rubro.
*Deſc.* Minor. Purpuraſcens. *Alæ ſuperiores* purpureæ, ſtrigis tribus nigris tranſverſalibus, prima prope thoracem arcuata, ſecunda atra angulata, tertia obliqua in medio griſea. *Subtus* omnes albidæ. Affinis geom. *didymatæ.* V.

Sexalata. 614. P. G. ( les ſix ailes ) ſeticornis, ſpirilinguis, alis extenſis albido-griſeis,

faſciis tribus dentatis flavis punctoque nigro, *maris* tertio alarum pare. *Retz.* 137. – *De Geer tom.* 2. *p.* 459. *t.* 9. *f.* 6. – 9.

*Larva* 10 poda, albido-virideſcens, albo ſtrigata. Ano fere furcato.

*Deſc* Minor. *Alæ inferiores* appendiculatæ, inde ſex alæ in mare adparent, ſed vere quatuor. V.

*Ex ent. pariſ.*

Atomata. 615. P. G. (la pointillée) ſeticornis, alis albidis, atomis cineraſcentibus & faſcia duplici undulata ferruginea.

*Reaum. tom.* 2. *p.* 354. *t.* 28. *f.* 5, 6?

*Hab. in* Europa. In Gallia prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Magnitudine media. *Alæ omnes* fuſco punctatæ ſtrigiſque fuſcis undatæ. *Subtus* concolores, ſtrigis duabus. V.

Alabaſtrata. 616. P. G. (l'albâtre) ſeticornis, alis albis, lineolis faſciiſque plurimis undulatis fuſcis, limbo ſubdentato.

*Hab. in* Europa. In Galliæ umbraticis. V.

*Deſc.* Inter medias minor. *Alæ ſuperiores* albæ, faſciis fuſcis in baſi, ſpatio albo interjecto inter has faſcias & ſequentes; dein area alba major. Margo quaſi dentatus, faſcia fuſca, linea alba undulata in medio faſciæ. *Subtus* omnes magis albæ, punctis aliquot nigris, ſtrigis fuſcis. V.

Virgata. 617. P. G. (la barbouillée) ſeticornis, alis viridi fuſcoque variegatis, faſcia triplici undulata obſcuriore.

*Hab. in* Europa. In Gallia.

*Deſc.* Magnitudine media. *Alæ ſuperiores*

fuſcæ viridi mixtæ, faſciis tribus ſaturatioribus, prima alam permeante, aliis duabus ſæpe interruptis. V.

Unduloſa-ta. 618. P. G. (l'ondoyante) ſeticornis, alis albido-glaucis, faſciis arcuatis obſcurioribus.
*Hab. in* Europa.

Sirene. 619. P. G. (la Sirene) ſeticornis, aliis e viridi-glaucis, faſcia duplici alba.
*Hab. in* Europa. prope Lugdunum. rarior. V.
*Deſc.* Parva.
*Obſ.* Noſtra ſpecimina diverſe colorata. *Alæ ſuperiores* luteſcenti-glaucæ, faſciis duabus cæruleſcenti-albidis. Omnes *infra* albidæ. V.

Humerata. 620. P. G. (l'humérale) ſeticornis, alis albis, humeris faſciaque tranſverſa, nigro-fulvis.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Magnitudine media. Faſcia obſcura in alarum anticarum baſi. V.

Filoſellæ. 621. P. G. (l'auripeau) ſeticornis, alis flaveſcentibus, faſciis inæqualibus.
*Hab. in* Europa.

Aurantia-ca. 622. P. G. (l'orangé) ſeticornis, alis flaveſcentibus, faſciis aurantiis, circumflexis.
*Hab. in* Europa.

Arcuata. 623. P. G. (la courbe) ſeticornis, alis cinereis nitentibus, ſuperiorum puncto nigro, faſciaque marginali arcuata alba.
*Hab. in* Europa.

Prolonga-ta. 624. P. G. ( l'apoſtrophe ) ſeticornis, alis albis, ſuperioribus puncto prolongato atro.
*Hab. in* Europa. In Breſſia prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Parva. *Alæ omnes* albæ, puncto nigro majori tranſverſimque elongato. V.

Aſparagi. 625. P. G. ( de l'aſperge ) ſeticornis, alis albidis nitentibus, ſingulis puncto nigro, faſciiſque undulatis obſcuris.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. haud frequens.
*Deſc.* Parva. *Alæ omnes* albidæ, *ſuperiores* fuſco faſciatæ. In ſingula ala punctum nigrum in utraque pagina conſpicuum. V.

Cordigera. 626. P. G. ( le cœur ) ſeticornis, alis albidis, faſciis obſcuris ſingulis, puncto nigro faſciaque lata undulata fuſca.
*Hab. in* Europa. In Breſſia. V.
*Deſc.* Præcedenti paullo major. *Alæ* luteſcente-albidæ, faſcia fuſca in medio puncto nigro notata. *Subtus* omnes albæ. V.

Albeolata. 627. P. G. ( la blanchette ) ſeticornis, alis albidis, ſingulis punctulo nigro.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Parva. Oculis nudis albida, immaculata, excepto puncto nigro minimo in omnibus paginis : lente obſervata, ſtrigata videtur. V.

*Ex noſt. Muſ.*

Nebulata. 628. P. G. ( la nébuleuſe ) ſeticornis, alis oſſeis, faſcia fuſca obliqua punctoque fuſco.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ nemoribus frequens.

*Deſc.* Minor inter medias. *Alæ ſuperiores* oſſeæ, faſcia fuſca inæquali ab apice alæ uſque ad medium aſcendente hic cum congenere conjungitur; inde alæ area in tres partes dividitur; prima oſſea longitudinalis, minimo puncto nigro in medio; ſecunda fuſca; tertia fuſco-oſſea. *Subtus* omnes albido-cinereæ, puncto fuſco.

Variata. 629. P. G. (la variable) ſeticornis, alis purpuraſcentibus vel luteſcentibus, faſcia pallidiori.

*Schæff. icon. t.* 125. *f.* 4.-*t.* 200. *f.* 4 an?

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis frequentiſſima.

*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* modo purpuraſcentes, modo luteſcentes, ſtrigis tribus inter ſecundam tertiamque. Ala pallidior, inde faſcia in omnibus alis. Margo poſticus ſæpe obſcurior eſt. *Subtus* omnes luteſcentes, faſcia minus ſaturata.

Icterata. 630. P. G. (l'inſolite) ſeticornis, alis griſeis, in numeroſis lineolis nigris tectis, faſcia lutea.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. haud frequens.

*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* albidæ, ſed lineolis confertiſſimis nigris griſeæ adparent, faſcia magna lutea in medio. *Alæ inferiores* concolores, faſciolis luteolis. *Subtus* albidæ, faſciis fuſcis interruptis.

Convergata. 631. P. G. (la convergente) ſeticornis, alis ſuperioribus fuſcis, lineis duabus luteis approximatis. *t.* 6. *f.* 18.

*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum in hortis vulgo *de la Boucle.*

*Deſc.* Parva. *Alæ ſuperiores* nitidæ, fuſcæ, duabus lineis luteis convergentibus ad marginem interiorem. *Inferiores* ſupra albidæ, *ſubtus* atomis fuſcis irroratæ.

Indigena-ta. 632. P. G. (l'indigene) ſeticornis, alis omnibus luteſcente-viridibus, margine purpuraſcente-ferrugineo. *t.* 6. *f.* 19.

*Fab.* ph. 123 an?

*Hab. in* Europa. In antico Rhodani alveo vulgo *le Content.*

*Deſc.* Parva. *Alæ omnes* virides, fimbria purpuraſcente-ferruginea. *Subtus* viridiores. Omnino ſimilis phal. *expectatæ. D. Fab.*

Singula-ziata. 633. P. G. (l'unique) ſeticornis, alis griſeo-fuſcis, ſtrigis numeroſiſſimis tectis, faſcia terminali punctata. *t.* 6. *f.* 20.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. ſemel lecta.

*Deſc.* Minor. *Alæ* griſeo-fuſcæ, ſtrigis fuſcis confertiſſimis. Margo omnium, majoribus punctis nigris in faſciam ordinatis, hanc phal. ſingulariter notat. *Subtus* fuſco-albidæ. Faſcia punctata vix conſpicua.

Pentali-neata. 634. P. G. (la pentalinéaire) ſeticornis, alis luteolis, 5 lineatis, duabus ultimis approximatis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. rariſſima.

*Deſc.* Inter minores parva. *Alæ omnes* luteolæ, ſtrigis 5 fuſcis anguſtiſſimis, tribus primis æqualiter remotis: inter tertiam quartamque macula alba rotundata: quarta quintaque approximatæ,

inter quas puncta fuſca minima clauduntur. In utraque pagina maculæ alæ punctaque conſpicua.

Adumbrata. 635. P. G. ( l'ombrée ) ſeticornis, alis griſeis, faſcia fuſca denticulata.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. haud frequens.
*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* fuſco-griſeæ; faſcia fuſca valde dentata, nigro cincta, dein albo circumdata. Faſcia latior ad marginem exteriorem quam ad interiorem. Subtus *inferiores* griſeæ, puncto fuſco.

3-Lineata. 636. P. G. ( la trilinéaire ) ſeticornis, alis griſeo-fuſcis, 3 lineis tranſverſis fuſcis.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.
*Deſc.* Statura & faſcies phal *ſingulariatæ*: ſecunda linea abdomen etiam ſuperne cingit, ſed abſque faſcia punctata.

Flaveolata. 637. P. G. ( la jaunâtre ) ſeticornis, alis ſuperioribus luteſcentibus, ſtrigis duabus punctoque albidis.
*Hab.* In Gallia Auſt. rariſſima.
*Deſc.* Minor. *Alæ omnes* luteſcentes, ſtrigis duabus punctiſque albidis fuſco ſuperne cinctis. *Subtus* dilute concolores ſtrigis vix conſpicuis.

3-Maculata. 638. P. G. ( la trimaculée ) ſeticornis, alis albis, tribus maculis lineiſque duabus fuſcis.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. haud frequens.
*Deſc.* Parva. *Tota* albida. *Alæ ſuperiores,* tribus maculis ferrugineo-fuſcis in margine exteriore. Primæ ambæ maculæ lineis

lineis fuſcis junguntur. Tertia ſolitaria eſt. *Subtus* omnes albæ, puncto centrali fuſco.

Marmora-ta. 639. P. G. ( la marbrée ) ſericornis, alis griſeis, faſciis duabus fuſcis angulatis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Magna. *Alæ ſuperiores* albidæ, atomis fuſcis irroratæ, inde griſeæ adparent, faſciis duabus fuſcis latis angulatiſque; antica marginem exteriorem amplectitur, rotundata igitur, in medio color alæ conſpicuus. Faſcia poſterior latior hæcque *ſubtus* viſibilis: Extenditur in ala inferiori, ſed hic minus lata in utraque pagina. A *D. Eſpero* nobis miſſa.

Decolora-ta. 640. P. G. ( la décolorée ) ſeticornis, albida immaculata.
*Hab. in* Europa. In Gallia rarior.
*Deſc.* Minuta. . . . . *Alæ omnes* albido-decoloratæ, abſque punctis, ſtrigis, maculis, id eſt omnino immaculata. Male conſervata. *Antennæ* deſunt.

Rubellata. 641. P. G. ( la clairette, ſeticornis, alis albidis rubello tinctis, faſcia purpuraſcente.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. prope Nemauſum.
*Deſc.* Minuta. *Alæ omnes* rubellatæ, ſtriga purpuraſcente. *Subtus* luteolæ, eadem ſtriga notatæ. Variat colore: aliquoties alæ albæ ſunt.

Convexa-ta. 642. P. G. ( la convexe ) ſeticornis, alis albidis, in parte antica obſcuratis, ſtriga convexa.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Majuſcula. *Alæ ſuperiores* albidæ, atomis fuſcis irroratæ; in parte antica faſcia obſcura, dein ſtriga fuſca undulata, undis convexis. *Subtus* albæ, pulverulentæ, puncto centrali; affinis phal. 52. *D. Geoff.* ſed diverſa.

Implicata. 643. P. G. (l'embrouillée) ſeticornis, alis albidis, faſciis duabus nigricantibus intricatis. *t.* 6. *f.* 21.
*Scopoli* inquinata an?
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. prope Nemauſum.
*Deſc.* Major phal. *inquinata D. Scop.* nam majuſcula. *Alæ ſuperiores* albidæ, roſaceo quodam colore tinctæ. Striga verſus baſin, faſcia nigra ex duabus faſciis convolutis ut ſerpens in mercurii baculo, (*Scop.*) margo poſticus linea nigra undulata notatus. *Subtus* griſeæ; pars antica obſcurata ad medium uſque.

Biliosata. 644. P. G. (la bilieuſe) ſeticornis, alis viridi-lateſcentibus, ſtrigis duabus albis. *t.* 6. *f.* 22.
*Hab. in* Europa. In Breſſia non frequens.
*Deſc.* Majuſcula. *Antennæ* breves. *Alæ omnes* viridi-luteſcentes, ſtrigis duabus albis, alis rotundatis.

Planata. 645. P. G. (l'aplatie) ſeticornis, alis griſeis planis, in medio griſeis, ſtriga obſoleta. *t.* 6 *f.* 23.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. haud frequens.
*Deſc.* Media.... *Alæ omnes* planæ in medio depreſſæ, inde forma ſingularis. *Infra* & *ſupra* concolores.

Caligino-ſata. 646. P. G. ( l'enfumée ) ſeticornis, alis caliginoſis, ſtrigis duabus nigris verſus marginem exteriorem divergentibus.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. rara.
*Deſc.* Media. *Tota* obſcura, ſtrigis duabus aterrimis repandis divergentibus. *Subtus* albidæ, atomis fuſcis irroratæ.

Diverſata. 647. P. G. ( la fidelle ) ſeticornis, alis ſuperioribus luteis, ferrugineo fuſcoque variegatis, ſubtus omnibus luteis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Magnitudo variat. *Alæ ſuperiores* variegatæ, maculis albidis in margine exteriore. *Inferiores* ſupra luteſcentes, atomis fuſcis punctoque fuſco. *Subtus* omnes luteæ, puncto fuſco. *Poſticæ* ut ſupra.

## *4* TORTRICES.

Fagana. 648. P. T. ( du hêtre ) alis ſuperioribus viridibus, ſtrigis duabus obliquis flavis, margine poſtico, antennis pedibuſque fulvis. *
*Fab.* pyralis 5.
*Harriſ. Aurel. t.* 10. *f. L.*
*Ammiral. inſ. t.* 2. *f.* 1.
*Pet. gaz. t.* 7. *f.* 11.
*Alb. inſ. t.* 31.
*Wilk. pap.* 6. *t.* 1. *a.* 13.
*Faun. Fridr. n.* 456.
*Hab. in* fago ſylvatica Europæ. In quercu certe. V.
*Larva* nuda, luteo-virens punctis albis, ano fulvo.
*Puppa* intra folliculum gibboſum, ferrugineum. *Fab.*

---

Tortricum *Larvæ contorquent & filo connectunt folia quæ vorant & intra quæ ſe recipiunt.*

*Deſc.* Majuſcula. *Thorax* villoſus, albo-vireſcens. *Pedes* & *Antennæ* rufeſcentes. *Alæ ſuperiores* ſtrigis duabus obliquis albidis; margo poſticus rufus. *Faun.* 1306.

*Obſ.* Hæc deſcript. phal. *Ræſ. tom.* 4. *t.* 22. convenit; ſed phal. *praſinana. D. de Geer* a celeb. *Linn.* citata non eadem eſt & ad phal. *Ræſ. tom.* 4. *t.* 10. referenda; non ſeparavi has ſpecies, licet *praſinana* tortrix *D. Fab.* in ſyſt. nat. non reperiatur.

*Obſ.* Variat. In noſtro muſæo dantur ſine ullo colore rufo; magnitudine excepta, ſequenti omnino ſimiles *infra* & *ſupra*, antennis ſolis rubellis. V.

Praſinana. 649. P. T. (la livrée verte) alis anticis viridibus, ſtrigis duabus albidis, poſticis albis *Fab.*

*Fab.* pyralis 4.

*De Geer tom.* 1. *p.* 58. *t.* 3. *f.* 1.-3.

—— *tom.* 2. *p.* 410.

*Geoff. inſ.* 2. *p.* 172. *n.* 124.

*Ræſ inſ.* 4. *t.* 10.

*Poda gr.* 93. *t.* 3. *f.* 8.

*Reaum. inſ. t.* 39. *f.* 13, 14.

*Hab. in* alno, quercu.

*Larva* viridis, linea laterali flavicante; ſegmento dorſi tuberculato.

*Puppa* viridis, linea dorſali atra. *Fab.*

*Deſc.* Major præcedenti. *Alæ ſuperiores* virides, margine interiori flavicante, ſtrigis duabus obliquis ſæpe albidis, ſæpe flaveſcentibus. Subtus *inferiores* viridi-albæ.

*Obſ.* Variat numero ſtrigarum aliquoties trium. V.

Viridana. 650. P. T. (la verte) alis rhombeis, ſuperioribus viridibus immaculatis. *

*It. v. Goth.* 65. *
*Friſch. inſ.* 3. *t.* 8.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 18. *f.* 6, 7.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 3.
*Wilk. pap.* 4. *t.* 1. *n.* 5.
*Poda inſ. t.* 2. *f.* 10.
*Fab.* pyralis 7.
*Faun. Fridr.* 457.
*Harr. Aurel. t.* 10. *f.* 1, 2.
*Schæff. icon. t.* 116. *f.* 2, 3.
*Hab. in* quercu. In Galliæ quercubus frequens. V.
*Larva* nuda, viridis, punctis nigris, capite caudaque luteis.
*Deſc.* Latior eſt aliis, ſed ratione magnitudinis admodum brevis & poſtice obtuſa. *Alæ ſuperiores* extus dilute virides, nullo autem modo ad cæruleum vergentes, ſed albido-virides. *Inferiores* (& *ſuperiores ſubtus*) albidæ, ad plumbeum inclinato colore; *venter* albus. *Pedes* ſpinoſi & tota phal. ſubtus albida. *Caput* album. *Faun.* 1307.

Clorana. 651. P. T. (la bordée) alis rhombeis, ſuperioribus viridibus, margine albido. *
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 3.
*Fab.* pyralis 7.
*Faun. Fridr. n.* 458.
*De Geer tom.* 2. *p.* 475. *t.* 10. *f.* 5.-9.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 18. *f.* 6, 7.
*Friſch. inſ. tom.* 3. *t.* 8. *f.* 2.
*Hab. in* ſalicibus hirſutis.
*Deſc.* Simillima præcedenti, ut vix diſtinguatur, niſi margine alarum pallide albicante & quod minor ſit. *Faun.* 1308.

Literana. 652. P. T. (l'imprimée) alis rhombeis, ſuperioribus viridibus characteribus atris.

*Fab.* pyralis 51.
*Hab. in* Germania.
*Simillima præcedenti, ſed alis ſaturatius viridibus, characteribus plurimis atris.*

Zoegana. 653. P. T. (la Zoéga) alis flavis, puncto medio ferrugineo, poſtice ferrugineis macula flava.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 4.
*Fab.* pyralis 25, alis flavis, puncto medio lituraque poſtica ferruginea.
*Act. ſoc. Berol. nat.* 3. *t.* 1. *f.* 9.
*Hab. in* Europa. Hammarby Joh. Zoega.
*Deſc.* Minor. phal. *Clerck*, ſed iiſdem coloribus picta. *Alæ ſuperiores* flaviſſimæ, puncto centrali fuſco canterioque fuſco ferrugineo ad apicem. *Inferiores* nigricante-fuſcæ. Omnes *infra* fuſceſcentes. V.

Hamana. 654. P. T. (le crampon) alis ſuperioribus flavis, puncto lituraque poſtica hamata ferrugineis. *
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 7.
*Fab.* pyralis 23. *β.*
*Harriſ. inſ. Angl. t.* 1. *f.* 1, 2.
*Hab. in* Europa. In Gallia prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* flavæ. Punctum ferrugineum in medio dorſi; litura ferruginea ad flexuram poſticam alæ, cruribus poſteriora ſpectans. *Faun.* 1309.

Kækeritziana. 655. P. T. (la Kækéritz) alis flaveſcentibus puncto unico fuſco.
*Hab. in* Europa. Upſaliæ.
Alæ *pallide teſtaceæ, ſingulis in medio fere vel anterius punctum minutum, ferrugineo-fuſcum; ad angulum ani litura ferrugineo-obſoleta.* Antennæ *fuſcæ.*

Oporana. 656. P. T. ( l'automnale ) alis ſuperioribus ferrugineis, griſeo maculatis reticulatiſque. *
*Wilk. pap.* 17. *t.* 2. *a.* 4.
*Fab.* pyralis 43. alis anticis ferrugineis, fuſco maculatis reticulatiſque.
*Hab. in* Malo. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Majuſcula. *Alæ* luteo-teſtaceæ: *ſuperiores* ſupra ferrugineo reticulatæ & varie maculatæ; apex alæ parum reflexo-prominens, poſtice obtuſiſſimus. *Subtus* omnes alæ luteæ fuſco-nebuloſæ.
*Faun.* 1315.

Roſana. 657. P. T. ( du roſier ) alis ſuperioribus teſtaceo-reticulatis, faſcia griſea obliqua. *
*Merian. Eur.* 1. *t.* 19.
*Fab.* pyralis 11. alis anticis teſtaceis, faſcia griſea obliqua.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 15. *f.* 5.-9.
*Blank. inſ. t.* 8. *f. E.-H.*
*De Geer. tom.* 1. *p.* 403. *t.* 27. *f.* 1.-8. 11.-14.
—— *tom.* 2. *p.* 468. ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis rhombeis fuſcis, maculis ſtrigiſque obſcuris, inferioribus ſupra nigreſcentibus, palpis recurvis.
*Rœſ. inſ. tom.* 1. *cl.* 4. *t.* 1?
*Hab. in* roſa, berberide.
*Deſc.* Congeneribus latior eſt, verum ratione latitudinis admodum brevis & poſtice obtuſa. *Alæ omnes* griſeæ ſeu dilute teſtaceæ, tam ſupra quam infra, ut & totum animal, ſed *ſuperiores* alæ, lineolis tranverſis, inæqualibus, obſcurioribus vix conſpicuis; *inferiores* alæ margine craſſiore verſus baſin albido-flaveſcentes; alæ ſuperiores poſ-

tice marginatæ, margine nigricante. *Faun.* 1314.

Gnomana. 658. P. T. (le cadran) alis flavis, faſcia obliqua teſtacea maculaque poſtica marginali ferruginea. *
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 13.
*Fab.* pyralis 42. alis anticis faſcia obliqua teſtacea maculaque poſtica marginali ferruginea.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Parva. *Alæ* flaveſcentes; e medio margine exteriore faſcia teſtacea, ſurſum retrorſumque adſcendens; margo exterior, verſus poſtrema, notatur macula ferruginea. *Faun.* 1337.

Xyloſteana. 659. P. T. (du chevre-feuille des buiſſons) alis ſuperioribus teſtaceis, cruce communi ferruginea. *
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 6.
*Fab.* pyralis 19. alis anticis teſtaceis, faſcia obliqua fuſca.
*De Geer tom.* 1. *p.* 409. *t.* 27. *f.* 9.-10.
—— *tom.* 2. *p.* 468. *n.* 2. ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis rhombeis fuſco-caſtaneis, faſcia obliqua obſcura, palpis porrectis.
*Geoff. tom.* 2. *p.* 169. *n.* 118.
*Hab. in* xyloſteo, malo. In Gallia.
*Larva* nuda, irideſcens, capite viridi.
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* fuſo-purpuraſcentes, at antice luteæ, macula oblonga purpuraſcente ad thoracem: macula lutea ad medium marginis craſſioris & alia poſterius; ad angulum ani itidem macula oblonga lutea. *Faun.* 1313.

Arcuana. 660. P. T. (l'arquée) alis luteis, faſciis

tribus arcuatis, macula nigra tripunctata lineoliſque duabus argenteis.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 8.
*Fab.* pyralis 31. alis luteis, faſciis tribus arcuatis maculaque diſci atra, punctis tribus argenteis.
*Faun. Fridr. n.* 461.
*Hab. in* Europa. In Galliæ coryletis, ſed haud frequens. V.
*Deſc.* Similis phal. *Lecheanæ*, ſed quadruplo minor. *Alæ ſuperiores* luteæ, ad baſin lineæ argenteæ duæ, quas excipit faſcia cæruleo-argentea; tum area latior, macula oblonga nigra in qua puncta tria argentea; ultimo faſciæ duæ argenteæ, antrorſum arcuatæ. *Faun.* 1317.

Avellana. 661. P. T. (du coudrier) alis ſuperioribus teſtaceis, faſciis ferrugineis ſeſquitertiis. *
*Alb. inſ.* 1. *t.* 95. *f. g. h?*
*Fab.* pyralis 34. alis anticis teſtaceis, faſciis fuſcis ſeſquitertiis.
*Faun. Fridr. n.* 460.
*Hab. in* corylo, pyro. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Phal. magnitudine muſcæ carnivoræ. *Alæ* deflexo-incumbentes, breves, latæ; *ſuperiores* pallide flaveſcentes, faſciis duabus retrorſum ſpectantibus, fuſcogriſeis, quarum poſtica in medio interrupta. *Pedes* ſpinoſi. *Faun.* 1316.

Ameriana. 662. P. T. (de l'oſier) alis ſuperioribus teſtaceis, litura communi ferruginea. *
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 18. *f.* 6, 7.
*Fab.* pyralis 15.
*Hab. in* ſalice. *Ibid.* In Gallia. V.
*Deſc.* Simillima phal. *roſanæ*, ſed colore

alarum teſtaceo abſque pictura ulla ; *alæ* poſtice retuſæ ſunt. *Faun.* 1310.

Piceana. 663. P. T. ( du pin) alis ſuperioribus griſeo nigroque variis, dorſo ferrugineis. *
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 9.
*Faun. Fridr. n.* 459.
*Hab. in* pini foliis, quæ combinat. In Galliæ Auſt. pino. V.
*Larva* nuda, viridis, 16 poda. *Rolander.*
*Deſc.* Proxime accedit ad phal. *xyloſteam. Faun.* 1312.

Miniſtrana. 664. P. T. ( la ſervante ) alis ſuperioribus teſtaceis, margine poſtico rufo, medio litura ferruginea, lineola alba. *
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 12.
*Fab.* pyralis 20.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Simillima phal. *amerianæ. Alæ* ſupra flaveſcentes : in medio faſcia obſoleta ferruginea in qua litura linearis albida. Poſterius alæ rufæ ſunt. *Faun.* 1311.
*Obſ.* Litura albida in medio faſciæ facile diſtinguitur. Inde nomen. V.

Lecheana. 665. P. T. ( la Leche ) alis ſuperioribus luteis, characteribus *J. L.* thoraceque argenteis. *
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 2.
*Fab.* pyralis 32.
*Faun. Fridr. n.* 462.
*Hab. in* pado. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* luteo-teſtaceæ, faſciis ſ. ſtrigis duabus argenteis : priore tranſverſa, poſteriore retrorſum curvata, verſus marginem poſteriorem bifida ; margo etiam poſticus ; ante cilia, argentatus. *Thorax* argentatus. *Faun.* 1318.

*Obſ.* Ad agnoſcendam hanc phal. ne quæras characteres *J. L.* Color obſcure luteſcens ſtrigæque ambæ argenteæ, quarum ultima bifida, eam facile diſtinguunt. Imago *De Clerck* vera. V.

Branderiana. 666. P. T. (la Brander) alis ſuperioribus teſtaceo-fuſcis immaculatis. *
*β.* Phal. fuſcana. *Faun. ſuec.* 1321.
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 7.
*Fab.* pyralis 17. alis anticis fuſcis, immaculatis.
*Schæff. icon. t.* 164. *f.* 6, 7?
*Faun. Fridr. n.* 464.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Majuſcula. *Tota* fuſca ſ. obſcure cinerea abſque maculis. *Faun.* 1320.-1321.

Chriſtiernana. 667. P. T. (la Chriſtiernin) alis ſuperioribus flaviſſimis venis ſanguineis reticulatis.
*Schæff. regensb.* 1758. *t.* 2. *f.* 12.
—— *icon. t.* 2. *f.* 12.
*Fab.* pyralis 33.
*Hab. in* Europa, *Upſaliæ lecta ante diem* 1763. *jun.* 26. *fatalem obſervatori Car. Chriſtiernin, eximiæ ſpei juveni.*
Media. *Caput, thorax,* alæ ſuperiores *flaviſſimæ, pictæ lineis latis anaſtomoſantibus, flexuoſis, ſaturate ſanguineis; paginæ reliquæ uti pedes & antennæ pallidæ.*

Forskaleana. 668. P. T. (la Forskael) alis ſuperioribus flavis luteo reticulatis, medio litura fuſceſcente. *
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 2, 6.
*Fab.* pyralis 57. alis anticis luteis, ferrugineo reticulatis, media litura fuſceſcente.

*Faun. Fridr. n.* 463.
*Hab. in* roſa. Kækeritz.
*Deſc.* Parva. *Tota* flava. *Alæ* flavæ, *Superiores* obtuſiſſimæ, ferrugineo tenuiſſime reticulatæ; faſcia in medio recurvata, teſtaceo-fuſca, verſus interiora latior, ſed obſoletior. *Inferiores* flavæ, immaculatæ. *Faun.* 1319.

Lœflingiana. 669. P. T. (la Lœfling) alis ſuperioribus flavis, luteo reticulatis, duplici XX notatis.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 6.
*Fab.* pyralis 58.
*Hab. in* Europa. In Gallia prop Lugdunum. V.
*Deſc.* Minor. *Tota* flava. *Anus* ſubferrugineus. *Alæ ſuperiores* pallide flavæ, vix manifeſte atomis teſtaceis reticulatæ ſ. undatæ; ad marginem craſſiorem duæ maculæ teſtaceæ cruciformes. *Subtus* alæ fuſceſcentes. *Faun.* 1323.
*Obſ.* Littera duplex ſæpe oblitterata. *Palpi* porrecti. *Alæ inferiores* ſubtus griſeæ. V.

Hartmanniana. 670. P. T. (l'Hartmann) alis cinereis, ſuperioribus linea nigra albæ adnata. *
*Hab. in* Europa. In Gallia prope Lugdunum rarior. V.
*Deſc.* Magnitudo media. *Alæ ſuperiores* cinereæ, linea longitudinali atra, cui adjacet a latere exteriore linea nivea. *Inferiores* cinereæ. *Faun.* 1322.
*Obſ.* Aliquoties, loco lineæ, macula parva alba. V.

Bergmanniana. 671. P. T. (la Bergmann) alis ſuperioribus luteis flavo punctatis, faſciis quatuor argenteis, tertia bifida.
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 5.

*Scop. carn.* 543.
*Fab.* pyralis 59.
*Faun. Fridr. n.* 465.
*De Geer tom.* 2. *p.* 369. antennis filiformibus, alis luteis nitidis, ſtrigis quatuor argenteis.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Minuta. Flava præcedentique ſimillima. *Alæ ſuperiores* obtuſiſſimæ, flavæ, faſciis quatuor ferrugineo - argenteis, quarum prima in ipſa baſi alæ, ultima in margine poſtico; omnes hæ faſciæ ad marginem craſſiorem connectuntur; inſuper alæ ſuperficies atomis ferrugineis hinc inde rarius adſperſa. *Inferiores* alæ & paginæ fuſceſcentes. *Faun.* 1324.

Holmiana. 672. P. T. (la Holm) alis ſuperioribus luteo ferrugineis, macula marginali trigona argentea. *
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 7.
*Fab.* pyralis 41.
*Faun. Fridr. n.* 466.
*Hab. in* pomonæ arboribus. In viridariis prope Lugdunum.
*Deſc.* Parva. *Alæ ſuperiores* ſupra fulvæ ſeu rufo-luteæ, macula ad marginem exteriorem, fere in medio, argentea triangulari, baſi marginem obtegente; ſuperiores alæ *ſubtus* fuſcæ. *Inferiores* alæ albidæ. *Antennæ* corpore dimidio breviores, ſimpliciſſimæ. *Lingua* ſpiralis, breviſſima. *Oculi* nigri. *Faun.* 1325.

Rolandriana. 673. P. T. (la Rolander) alis ſuperioribus pallide teſtaceis, ſtrigis ferrugineis inferne antrorſum verſis.
*Faun. Fridr. n.* 467.
*Hab. in* Europæ nemoribus.

Solandriana. 674. P. T. (la Solander) alis ſuperioribus pallidis, macula communi dorſali ferruginea. *

*Scop. carn.* 587.

*Fab.* pyralis 23. alis pallidis albo ſubfaſciatis, macula communi dorſali ferruginea.

*De Geer tom.* 1. *p.* 410. *t.* 28. *f.* 25.-30.

—— *tom.* 2. *p.* 485. ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis pendentibus, pallide fuſcis, macula communi ſubrhombea, *fœminis* alba, *maribus* fuſca.

*Larva* cinerea, nigro irrorata, capite primoque corporis ſegmento fuſcis. *Fab.*

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* albido-cineraſcentes: in medio dorſo, dum alæ complicatæ, macula majuſcula rhombea, ferruginea. *Faun.* 1327.

Haſtiana. 675. P. T. (la Haſt) alis ſuperioribus fuſcis, faſcia antrorſum obliqua alba.

*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 7.

*Fab.* pyralis 36.

*Hab. in* ſalice. *Reinh. Haſt.*

*Deſc.* Majuſcula. *Alæ* anterius dilatatæ, poſterius forficatæ magis quam in reliquis, fuſcæ; faſcia ſingulis linearis, obliqua, inferiore baſi antrorſum, apice retrorſum ſpectante; hæc non tangit marginem tenuiorem alæ. *Faun.* 1328.

Haſt. (Reinh.) fenno, natus ad inſectorum hiſtoriam, at in flore ætatis periit egregius diſcipulus. *Syſt. nat.*

Wahlbomiana. 676. P. T. (la Wahlbom) alis ſuperioribus cinereis, faſciis duabus fuſco-nebuloſis litura poſtica obſoleta, palpis obtuſis. *

*Faun. Fridr. n.* 468.
*Hab. in* Europa.
Alæ *cineree. Faſcia anterior cinereo-fuſca ; poſtice ſubtriloba ; faſcia media latior cinereo-fuſca ; litura obliqua obſoleta ante apicem ; margo exterior alarum extrorſum marginatus , ut in præcedentibus ; ceterum in variis ſimilis* tertianellæ.

Lediana. 677. P. T. ( du ledier ) alis fuſcis , faſciis duabus rubro - argenteis , poſteriore puncto intruſo. *
*Clerck phal. t.* 10. *f.* 12.
*Fab.* pyralis 37.
*Hab. in* ledo. *T. Bergman.* In Gallia Auſt. V.
*Obſ.* Punctum fuſcum ad angulum ani. In *Faun. n.* 1330. deſcribitur hæc phal. ſed lucidior *ſyſt.* deſcriptio. V.
Alæ *nigricantes, maculis cinereis & una alterave ruſa , etiam ad anum , interlucentibus paſſim ſquamis argenteis ; ſquama major baſi alæ incumbens , apice rufeſcens. Similitudo quædam* pomonellæ.

Alſtroeme-riana. 678. P. T. ( l'aſtroemer ) alis albidis, ſuperioribus macula medio laterali fuſco-ferruginea. *
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 1.
*Fab.* pyralis 61.
*Faun. Fridr. n.* 469.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Statura phal. *heracleanæ. Palpi* ſubulati , adſcendentes. *Alæ* cinereo-exalbidæ : *ſuperiores* in medio , ad marginem lateralem , macula fuſca , interius ferruginea ſ. ſubſanguinea ; ad marginem poſticum exarato-ſtriatæ

ipſoque margine nigro-punctatæ. *Inferiores* cinereo albidæ. *Subtus* obſcure albicantes. *Faun.* 1335.

Schalleriana. 679. P. T. ( la Schaller ) alis canis, macula laterali ferruginea apicem alæ attingente. *

*Fab.* pyralis 38. alis canis, macula marginali ferruginea.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Similis præcedenti, at duplo major & lateribus alarum anterius latioribus. *Alæ ſuperiores* albidæ, hinc inde anterius punctis prominentibus elevatis ſcabræ. Macula ferruginea ad marginem craſſiorem, ante medium incipiens & fere ad apicem alæ juxta marginem excurrens. *Faun.* 1339.

Schræberiana. 680. P. T. ( la Schreber ) alis ſuperioribus griſeis, macula marginali trigona alba. *

*Fab.* pyralis 40.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Similis phal. *Holmianæ*, ſed triplo major. *Alæ ſuperiores* ſupra fuſco-griſeæ, ſubfaſciatæ : macula magna nivea, trigona cum puncto ( fuſco poſterius ) ad medium marginis exterioris. *Inferiores* fuſcæ. *Faun.* 1338.

Logiana. 681. P. T. ( la Logie ) alis ſuperioribus canis, atomis nigris ſparſis; inferioribus albidis. *

*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 3.

*Fab.* pyralis 45.

*Faun. Fridr. n.* 470.

*Hab. in* Europa. In Gallia circa Lugdunum. V.

*Deſc. Palpi* breves, prominentes, & quaſi bicornes. *Alæ* phal. *alſtromianæ* obtuſiores,

obtuſiores, cinereo-albicantes, latere exteriore ad marginem macula omnino obſoleta cinerea; poſtice ſtrigis exaratæ, adſperſæ punctis nigricantibus vix conſpicuis. *Subtus* omnes alæ politæ. *Faun.* 1336.

Gouana. 682. P. T. (la Gouan) alis ſuperioribus niveis, ſubtus fuſcis. *

*Fab.* pyralis 46.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Maxima facile inter noſtrates hujus generis. *Corpus* nigrum ſupra tectum atomis niveis. *Alæ ſuperiores* ſupra niveæ, ſubtus fuſcæ. *Inferiores* ſupra albæ, ſubtus albidæ. *Femora* a latere interiore nigra. *Antennæ* corpore dimidio breviores, nigræ, characteribus nigris. *Faun.* 1342.

Brunnichana. 683. P. T. (la Brunniche) alis ſuperioribus griſeis, macula communi dorſali alba rhombea.

*Fab.* pyralis 30.

*Geoff. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 187. *n.* 12?

*Hab. in* Suecia. In Gallia Auſt. V.

*Obſ.* Alis clauſis, macula furcata eſt. V.

Magnitudo *phal.* hamanæ. Alæ *omnes plumbeæ, ſed* ſuperiores *ſupra obſcurius griſeæ, macula alba rhombea ſ. trigona, utriſque alis communi, in medio dorſi.*

Pariana. 684. P. T. (l'étrange) alis brunneis, faſcia glauca ſtrigaque antica poſticaque atris. *

*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 9.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Puſilla, brevis, muſca *domeſtica* minor. *Alæ ſuperiores* griſeo-brunneæ,

antice ſtriga nigra ; poſterius faſcia lata, glauca, in medio diviſa. Striga undulata, nigra, anguſtiſſima. *Subtus* maculatæ, margine albo. *Inferiores ſupra* fuſcæ, *ſubtus* glauceſcentes, faſcia fuſca. *Faun.* 1341.

Moderiana. 685. P. T. ( la Modéer ) alis ſuperioribus flaveſcentibus, macula marginali poſterius fuſca. *

*Syſt. nat.* 10. *p.* 823. phalæna *rurinana.*
*Fab.* pyralis 39.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ ſuperiores* flaveſcentes, in medio litura oblitterata obliqua & macula fuſca ad marginem craſſiorem, verſus poſteriora. *Inferiores* flaveſcenti-exalbidæ. *Faun.* 1331.

Uddmanniana. 686. P. T. ( l'Uddmann ) alis cinereis, macula ferruginea marginis dorſalis tranſverſa. *

*Fab.* pyralis 22.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ ſuperiores* cinereæ, parum nebuloſæ, margine exteriore ſtrigis minimis nigris ; in medio marginis dorſalis macula tranſverſa fuſco-ferruginea. *Faun.* 1332.

Cruciana. 687. P. T. ( la croiſée ) alis exalbido-cinereis, poſtice macula ferruginea arcuata. *

*Fab.* pyralis 26.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ ſuperiores* exalbido-cinereæ ; antice a tergo macula communis cinerea obſoleta ; poſtice macula ferruginea arcuata cruribus deorſum verſis, anteriore ſcilicet medium, poſteriore

vero apicem attingente; cumque maculæ utriuſque alæ ad unum coeant, crucem quaſi poſtice referunt. *Faun.* 1333.

Fabriciana. 688. P. T. (la Fabricius) nigra, alis ſuperioribus pari punctorum albidorum.
*Fab.* pyralis 62. alis anticis nigricantibus, anticis pari punctorum albidorum.
*Hab. in* Europa. Hammarby. *D. Fab.*
Reliquis *minor, magnitudine pediculi; brevis, latiuſcula, nigra. Puncta 2 albida majuſcula, æqualia, tranverſe poſita, paria, in alis ſuperioribus.*

Pupillana. 689. P. T. (la prunelle) alis albidis, faſciis duabus obliquis fuſceſcentibus apiceque ocello argenteo-pupillari. *
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ ſuperiores* ſupra albæ; ad baſin lineola fuſca; in medio faſcia fuſceſcens obliqua; ad apicem ocellus fuſcus, pupilla argentea oblonga. *Inferiores* & omnes *ſubtus* cineraſcentes. *Faun.* 1340.

Heracliana. 690. P. T. (de la berce) elinguis recurvicornis, alis griſeis puncto fuſco, thorace flavo. *
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 16. *f.* 1.-4.
*Schæff. icon.* 1758. *t.* 2. *f.* 3, 4.
*Fab.* pyralis 77. alis depreſſis griſeis; anticis ſubtus fuſcis.
*De Geer tom.* 1. *p.* 424. *t.* 29. *f.* 1.-8?
—— *tom.* 2. *p.* 406?
*Hab. in* umbellis plantarum umbelliferarum, imprimis *heraclii*, contortis deſtructiſque floribus, caules ex alis foliorum penetrans.

*Larva* 16 poda ſupra griſea, ſubtus lutea, nigro punctata.

*Deſc.* Phalæna nocturna alis planis incumbentibus. *Thorax* a tergo albicans, pone quaſi trilobus. *Caput* albicans, maxillis duabus recurvis criſtatis, apice ſubulatis, nigris, erectis; *ſubtus* tota albicanti-fuſca eſt. Hujus plures ſpecies apud nos ſunt, quæ magnitudine differunt, ſed notis ſpecificis non facile diſtinguntur. *Faun.* 1334.

*Obſ.* Imago ſpirilinguis. V.

*Ex ſpec. D. Fab.*

Bankiana. 691. P. T. (la Banks) alis faſciis duabus niveis, poſteriore unidentata. *Pyr.* 1.

*Hab. in* Angliæ ſylvis. *D. Yéats.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Magna. *Alæ anticæ* fuſcæ, nitidæ, litura baſeos faſciiſque duabus obliquis niveis, poſteriore majore, quæ verſus anteriora dentem emittit. *Alæ poſticæ* cinereæ.

*Obſ.* Color potius olivaceus quam fuſcus. Lineola alba in baſi; duæ obliquæ a margine exteriori ad marginem interiorem ſeſe extendentes, ultima uſque ad angulum ani: hæc major eſt. Rara & egregia eſt hæc tortrix. V.

Leeana. 692. P. T. (la Lée) alis pallidis, macula centrali fuſca. *Pyr.* 2.

*Hab. in* Europæ nemoribus, frequens in Anglia. In Gallia prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Statura tort. *uncanæ*, at duplo minor. *Corpus* fuſcum. *Alæ* plumbeæ; lineola marginalis a baſi ad medium ducta, altera verſus marginem tenuiorem a baſi ad angulum ani ducta,

tertia in medio a centro ad maculam apicis. Punctum parvum inter lineolam ſecundam tertiamque. Macula apicis orbiculata.

*Obſ.* Noſtra paullo major. *Alæ inferiores* griſeæ. Punctum inter ſecundam & tertiam lineolam maculaque fere rotunda; hanc tortricem ab aliis diſtingunt. V.

Plumbana. 693. P. T. (la plombée) alis plumbeis, lineolis tribus maculaque magna apicis ferrugineis. *Pyr.* 9.

*Hab.* Hamburgi *D. Schulz.*

Hattorfiana. 694. P. T. (l'Hattorf) alis fuſcis, ſtrigis cinereis ſeſquitertiis. *Pyr.* 10.

*De Geer tom.* 2. *p.* 470. *t.* 9. *f.* 19. Antennis filiformibus, alis teſtaceis, ſtrigis maculiſque obſcurioribus, poſticis fuſcis.

*Hab. in* Germania. *D. Hattorf. Hannoveranus.* In Gallia Auſt. V.

*Obſ.* Stigmata duo inter primam ſecundamque ſtrigam hanc phalænam indicant. V.

Pallidane. 695. P. T. (la jaunâtre) alis pallide flavis; ſtrigis duabus ferrugineis. *Pyr.* 12.

*Hab.* Humbergi. *D. Schulz.* In Gallia Auſt. forſan. V.

*Deſc. Alæ anticæ* pallide flavæ, in medio ſtrigis duabus obliquis, tenuiſſimis, rufis. Pone has lineolæ aliquot abbreviatæ, ferrugineæ.

*Obſ.* In noſtris individuis notæ ſpecificæ ſimiles, ſed facies *pyralis.* V.

Smeathmanniana. 696. P. T. (la Sméath) alis exalbidis, faſciis duabus obliquis fuſcis, anteriore abbreviata, poſteriore interrupta. *Pyr.* 13.

*Geoff. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 197. *n.* 38?
*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Yéats.*
*Deſc.* Statura tort. *hamanæ. Alæ anticæ* albidæ, in medio faſcia obliqua fuſca quæ tamen marginem exteriorem haud attingit. Pone hanc faſcia altera in medio interrupta. *Alæ poſticæ* obſcuræ.
*Obſ.* Noſtra ſpecimina alba ſunt. V.

Decuſſana. 697. P. T. (l'inſcrite) alis cinereo, nigro argentoque tenuiſſime faſciatis, apice macula ſubocellari cinerea. *Pyr.* 14.
*Hab. in* Lipſiæ hortis.
*Deſc. Baſis* alarum conſtat ſtrigis tenuiſſimis nigris, cinereis argenteiſque a ſe invicem interruptis. In medio, faſcia lata obſcurior nigro argenteoque maculata, poſtice macula magna cinerea quam linea duplex argentea includit. *Poſticæ* fuſcæ.

Maculana. 698. P. T. (la tachetée) alis anticis fuſcis, macula quatuor dorſalibus atro-ferrugineis. *Pyr.* 16.
*Hab. in* Sueciæ nemoribus. *Ibid.* In Breſſia. V.
*Deſc.* Magna. *Tota* obſcure fuſca, atomis cinereis irrorata. Duo paria macularum atro-ferruginearum in dorſo. *Subtus* omnes cinereæ.
*Obſ.* Variat colore; variat margine interiore fuſco-lineato, tunc dorſum cinereum. Sæpe litura nigra longitudinalis verſus marginem exteriorem. V.

Forſterana. 699. P. T. (la Forſter) alis anticis obſcure cinereis, maculis duabus marginalibus fuſcis. *Pyr.* 18.
*Hab. in* Angliæ nemoribus. *D. Yéats.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* *Caput* & *thorax* fuſca, immaculata. *Alæ anticæ* obſcure cinereæ, atomis vix conſpicuis fuſcis ſubundatæ maculiſque du bus magnis marginalibus fuſcis.
*Obſ.* In noſtris maculæ marginales nigricantes. V.

Servana. 700. P. T. (la marquée) alis anticis fuſceſcentibus, macula centrali fulva, baſi flavis. *Pyr.* 20.
*Hab. in* Germania.. *D. de Hattorf.*
*Deſc.* Magnitudo tort. *miniſtranæ.* *Alæ anticæ* baſi flavæ, medio fuſcæ, macula magna centrali fulva, apice fere auratæ, ciliis niveis maculaque fuſca. *Poſticæ* cinereæ.

Stroemiana. 701. P. T. (la Stroem) alis fuſcis, maculis duabus dorſalibus cinereis. *Pyr.* 24.
*Hab. in* Germania. *D. de Hattorf.* In Gallia circa Lugdunum. V.
*Deſc.* *Alæ anticæ* teſtaceo-fuſcæ, maculis duabus magnis cinereis ad marginem tenuiorem. Margo exterior albo ſtriatus. *Alæ poſticæ* fuſcæ.
*Obſ.* Statura tort. *cloranæ* vel paullo major. *Alæ inferiores* griſeæ. V.

Cinerea. 702. P. T. (la cendrée) alis exalbido-cinereis, immaculatis, capite fulvo. *Pyr.* 27.
*Hab. in* Germania. *D. de Hattorf.*
*Deſc.* Nimis affinis tort. *crucianæ*, at alæ immaculatæ.

Obliquana. 703. P. T. (l'oblique) alis cinereis, faſciis obliquis fulvis, albo marginatis. *Pyr.* 28.
*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Yéats.*
*Deſc.* Magna. *Antennæ* ſubpectinatæ fuſcæ. *Caput* & *thorax* ferruginea. *Alæ*

*anticæ* cinereæ, faſciis tribus obliquis fulvis, margine omni albo. Faſcia prima baſeos, ſecunda latiſſima a medio marginis craſſioris ad angulum ani inæqualis, tertia apicis minor obliqua.

Lactana. 704. P. T. (la laiteuſe) alis anticis fuſceſcentibus, margine exteriori baſeos niveo, nigro punctato. *Pyr.* 29.

*Hab. in* Sueciæ nemoribus.

*Deſc.* Media. *Caput* & *thorax* nivea. *Alæ anticæ* fuſceſcentes, albido ſubmaculatæ. Margo exterior baſeos late niveus, punctis tribus parvis nigris, macula brunnea, ad apicem alæ, lineolis parvis albis. Margo poſticus dimidiato albus.

Faſciana. 705. P. T. (la faſciée) alis anticis obſcure cinereis, faſcia media lituraque apicis fuſcis. *Pyr.* 35.

*Hab. in* Angliæ hortis. *D. Yéats.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc. Corpus* ſtatura & magnitudine tort. *avellanæ. Alæ anticæ* obſcure cinereæ, atomis plurimis fuſcis. In medio faſcia lata, ſinuata, fuſca & in margine poſtico litura fuſca. *Alæ poſticæ* cinereæ.

*Obſ.* In nonnullis ſpiciminibus marginis exterioris pars infima maculis fuſcis notatur. V.

Ilicana. 706. P. T. (l'avantagée) alis anticis fuſco-cinereis, punctis fuſcis, centrali ſolitario atro. *Pyr.* 44.

*Hab. in* Angliæ hortis. *Muſ. D. Yéats.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Magna in hoc genere. *Alæ anticæ* latæ fuſco-cinereæ, fere undatæ. Ante medium puncta duo approximata fuſca,

tunc punctum centrale ſolitarium atrum. Verſus marginem poſticum puncta duo ſive tria approximata, fuſca. Margo ipſe ſtriga punctorum fuſcorum. *Alæ poſticæ* cinereæ.

*Obſ.* Punctis diverſe diſpoſitis facile dignoſcitur. V.

Tunbergiana. 707. P. T. ( la Tunberg ) alis anticis cinereis, punctis quatuor elevato-faſciculatis atris. *Pyr.* 47.

*Hab. in* Germania. *D. de Hattorf.* In Gallia Auſt. V. *Muſ. D. Blain.*

*Deſc.* Statura & magnitudo ſequentis. *Corpus* totum fuſcum, immaculatum. *Alæ* obſcuræ, minime nitidæ, punctis quatuor per paria approximatis, elevato-faſciculatis, nigris.

*Obſ.* Minor. *Alæ ſuperiores* modo fuſcæ, modo in parte antica albæ. An *aſperanæ* varietas? An ſpecies?

Aſperana. 708. P. T. ( la chagrinée ) alis anticis baſi albis, apice fuſcis, ſcabris. *Pyr.* 48.

*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.* Kiliæ. *D. de Scheſted.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Media. *Corpus* fuſcum. *Alæ anticæ* baſi albæ, immaculatæ, apice fuſcæ, punctis elevatis atris ſcabræ. *Poſticæ* cinereæ.

*Obſ.* Variat hæc tortrix, ſed in omnibus ſquamæ elevatæ, ſcabræ. V.

Duplana. 709. P. T. ( le point double ) alis anticis pallidis, punctis duobus approximatis nigris. *Pyr.* 49.

*Hab.* Kiliæ. *D. de Scheſted.*

*Deſc.* Statura omnino præcedentis. *Caput* cum antennis cinereum. *Alæ* albidæ apice paullo obſcuriores. Ad marginem

tenuiorem baſeos puncta duo oblonga approximata, attamen diſtincta. Alæ *ſubtus* cinereæ.

Squamana. 710. P. T (l'écailleuſe) alis vireſcentibus ſcabris. *Pyr.* 50.
*Hab. in* Anglia. *Muſ. Monſon.* In quercu Kiloniæ. *D. de Scheſted.*
*Deſc.* Statura tort. *Schallerianæ*, at paullo longior. *Alæ anticæ* virides, ſquamis hinc inde elevatis ſcabræ, quæ in medio fere faſciam conſtituunt. *Poſticæ* cinereæ.

Emargana. 711. P. T. (l'échancrée) alis ſubcaudatis flavis, fuſco reticulatis faſciaque lata fuſca, margine craſſiori late emarginato.
*Hab. in* Angliæ hortis. *D. Lee.* In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Parva. *Alæ* flavæ, ſtrigis plurimis reticulatis. *Poſtice* faſcia fuſca & in hac faſcia emarginatura marginis craſſioris. Apex alæ excurrit in dentem obtuſum.
*Obſ.* Noſtra inter majuſculas, attamen ſimili modo picta. V.

Caudana. 712. P. T. (l'appendice) alis ſubcaudatis griſeis, margine interiori fulvo, exteriori emarginato. *Pyr.* 53.
*Hab. in* Angliæ hortis.
*Deſc.* Præcedenti valde affinis, at *alæ* griſeæ, immaculatæ, ſola ſtriga fulva marginis tenuioris.

Scabrana. 713. P. T. (la raboteuſe) alis anticis cinereis, fuſco ſubfaſciatis, ſcabris, margine exteriori poſtice exciſo. *Pyr.* 54.
*Hab. in* Angliæ quercu. *Muſ. D. Yéats.*

*Deſc.* Statura & magnitudo præcedentium. *Corpus* cinereum. *Alæ anticæ* cinereæ, punctis elevatis ſcabræ. *Poſticæ*, ſtrigis undatis fuſcis ſubfaſciatis. Margo exterior a medio ad apicem contrahitur, ut quaſi exciſus. *Alæ poſticæ* cinereæ.

Quercana. 714. P. T. (du chêne) alis anticis flavis, maculis duabus coſtalibus ſulphureis. *Pyr.* 55.

Phalæna *fagana. Wien. Verz.* 28. - 7. *t.* 1. *a. b.* - 1. *B. b.*

*Entom. pariſ. tom.* 2. *n.* 199.

*Hab. in* Saxoniæ quercu. In Gallia. Auſt. V.

*Deſc.* Media. *Antennæ* albæ. *Caput* & *thorax* cinerea. *Alæ anticæ* flaveſcentes, punctis duobus centralibus parvis, fuſcis, poſteriore majore oblongo. Margo craſſior, macula baſeos ſulphurea & alia in medio ſubquadrata. Margo poſticus læte ſulphureus, ſtriga terminali purpuraſcente. *Subtus* omnes exalbidæ.

*Obſ. Antennæ* alis longiores. *Alæ ſuperiores* modo flaveſcentes, modo flavæ. Puncta centralia, a *D. Fab.* obſervata, ſæpe linearia. V.

Ocellana. 715. P. T. (le point) alis cinereis, litura media ſanguinea, puncto albido. *Pyr.* 56.

*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Banks.*

*Deſc.* Media. *Corpus* cinereum. *Alæ anticæ* cinereæ, litura media oblonga, ſanguinea, in qua poſtice punctum parvum album. Margo poſticus nigro punctatus. *Alæ poſticæ* albæ.

Yetiana. 716. P. T. (l'Yéats) alis anticis griſeis, macula punctiſque duobus centralibus nigis. *Pyr.* 60.

*Hab. in* Angliæ nemoribus.
*Deſc.* Paullo major tort. *Alſtroem. Corpus* cinereum, antennis nigris. *Alæ anticæ* griſeæ, macula centrali punctiſque duobus oblique poſitis, approximatis, nigris. Puncta quatuor ſ. quinque nigra ad marginem poſticum.

Conwagana. 717. P. T. (la Conwag) alis ferrugineo-fuſcis, argenteo punctatis maculaque dorſali flavicante. *Pyr.* 63.
*Hab. in* Angliæ nemoribus prope Oxoniam. In Breſſiæ ſylvis, ſed non frequens. V.
*Deſc. Caput* & *thorax* cinerea. *Abdomen* fuſcum. *Alæ anticæ* fuſcæ, punctis numeroſis argenteis ſparſis in diſco. Ad marginem craſſiorem maculæ duæ parvæ flaveſcentes, fuſco punctatæ. In medio dorſi macula major communis flava. *Poſticæ* nigricantes.
*Obſ.* Parva & egregia tortrix punctis argenteis numeroſiſſimis ab omnibus diſtinguitur. *Alæ inferiores* ſupra & infra fuſceſcentes. V.

Scheſtediana. 718. P. T. (la Scheſtedt) alis atris, macula magna communi, ſtrigis atomiſque cæruleſcenti-argenteis. *Pyr.* 64.
*Hab.* Kiliæ. In Alnetis. *D. de Scheſtedt.*
*Deſc.* Statura & magnitudo tort. *Fabric. Antennæ* albo nigroque annulatæ. *Thorax* & *abdomen* atra, immaculata. *Alæ anticæ* atræ, baſi & ad marginem craſſiorem atomis plurimis cæruleſcenti-argenteis, nitidiſſimis. In medio macula magna communis, cæruleſcens. Poſtice ſtrigæ duæ interruptæ ad marginem tenuiorem coeuntes, cæruleſcenti-argenteæ. Margo poſticus ciliis albis. *Alæ poſticæ* atræ, margine craſſiori

albo. *Pedes* nigri, tarſis albo annulatis.

Aurana. 719. P. T. (la dorée) alis fuſcis, maculis duabus aureis. *Pyr. 66.*

*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Muſ. D. Banks.*

*Deſc. Antennæ* breves, fuſcæ. *Corpus* fuſcum. *Alæ* fuſcæ, nitentes, antice macula magna communi & poſtice macula diſtincta, fulvo-aureis.

Schulziana. 720. P. T. (la Schulzer) alis teſtaceis, faſciis punctiſque argenteis, medio litura atra. *Pyr.* 68.

*Hab. in* Germania. *D. Schulz.*

*Deſc.* Magna in hoc genere. *Alæ anticæ* teſtaceæ, baſi punctis aliquot argenteis, tunc faſciæ duæ argenteæ ad marginem craſſiorem bifidæ & inter has litura duplicata atra, punctis tribus argenteis fere obſoletis, apice faſcia interrupta argentea. Margo craſſior ſtrigis pallidis nigriſque variegatus, apice acuminatus, ater. Margo poſticus ciliis albis. *Alæ poſticæ* fuſcæ.

Rivellana. 721. P. T. (le golphe) alis fuſcis, faſciis tribus cinereis, ſecunda introrſum bifida. *Pyr.* 69.

*Hab. in* Sueciæ nemoribus.

*Deſc.* Media. *Alæ anticæ* fuſcæ, faſciis tribus cinereis punctoque coſtali fuſco. Faſcia ſecunda ad marginem tenuiorem bifida.

Strigana. 722. P. T. (la ſtriée) alis flaveſcentibus, apice ſtrigis ferrugineis argenteiſque, puncto triplici atro. *Pyr.* 72.

*Hab. in* Sueciæ nemoribus.

*Deſc. Alæ* flaveſcentes. Apex, imprimis

ad marginem craſſiorem, ſtrigis ferrugineis & argenteis variegatus. *Alæ poſticæ* cinereæ.

Lundana. 723. P. T. (la Lund) alis baſi fuſcis, linea ſemicirculari pallida, apice auratis, margine craſſiori nigro pallidoque ſtriato. *Pyr.* 73.
*Hab. in* Kiliæ quercu. *D. Lund.*
*Deſc.* Magnitudo & ſtatura tort. *ſtriganæ.* *Alæ anticæ*, linea lata ſemicirculari alba, a baſi marginis craſſioris ad medium marginis tenuioris ducta, maculam dorſalem atram includens. Pone medium fere auratæ, ſtriga obliqua, obſoleta, argentea. Margo craſſior ſtrigis pallidis nigriſque variegatus, apice acuminatus, ater. Margo poſticus ciliis albis. *Alæ poſticæ* fuſcæ.

Applana. 724. P. T. (la brune) alis deflexis fuſcis, punctis tribus centralibus albis. *Pyr.* 76.
*Hab.* Kiloniæ propre Grez. *D. de Scheſted.*
*Deſc.* *Palpi* recurvi, medio craſſiores, apice acuti. *Alæ anticæ* cinereo-fuſcæ, punctis tribus minutiſſimis albis in centro, uno pone alterum poſitis, quorum anterius puncto parvo terminatur. Margo exterior apice ſtriatus. *Subtus* cinereæ.

Depreſſana. 725. P. T. (l'aplatie) alis depreſſis fuſcis, capite thoraceque niveis. *Pyr.* 78.
*Hab. in* Sueciæ floribus.
*Deſc.* *Alæ* fuſcæ immaculatæ.

Grotiana. 726. P. T. (la Grotius) alis flaveſcentibus fulvo adſperſis, faſcia lata fuſca, extrorſum bifida. *Pyr. app. p.* 508.
*Hab.* Hamburgi.

*Deſc.* Statura *ocellanæ. Corpus* flaveſcens, abdomine fuſco. *Alæ anticæ* flaveſcentes, fulvo adſperſæ & in medio faſcia lata fuſca, quæ ad marginem craſſiorem bifida. *Poſticæ* fuſcæ.

*Ex Faun. Fridr.*

Miana. 727. P. T. ( l'argentée ) alis omnibus argenteis, ſuperioribus limbo fuſco lineaque undulata argentea.
*Hab. in* Europa. In hortis.

Koenigiana. 728. P. T. ( la Koenig ) alis omnibus griſeis, politis, inferioribus ſtriga undulata.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Sub eodem nomine alia tortrix in ſpeciebus *D. Fab.* deſcripta. V.

Albana. 729. P. T. ( la blanche ) alis omnibus albis, inferioribus apice faſcia fuſca.
*Hab. in* Europa.

*Ex inſ. pariſ. D. Geoff. entom.*que *pariſ.*

Dorſana. 730. P. T. ( la dorſale ) alis nigris, ſuperioribus macula quadrata alba ex quatuor lineis albis tranſverſis compoſita.
*Geoff.* tinea 16.
*Fab.* pyralis 71. alis fuſcis, arcu dorſali albo apiceque ſtrigis argenteis.
*Hab. in* Europæ hortis ſylviſque.
*Deſc.* Magnitudo tineæ *unguicellæ. Alæ anticæ* fuſcæ, arcu in medio dorſi albo. Margo exterior albo maculatus & poſtice ſtrigæ duæ obliquæ, argenteæ, quæ ad angulum ani coeunt. *Poſticæ* fuſcæ, baſi albicantes. *Fab.*
*Obſ.* Magnitudo minor. Vera tortrix, ut

ex alarum forma patet. Strigæ argenteæ aliquoties oblitteratæ. V.

Cappana. 731. P. T. ( du lilas ) ferrugineo - fuſca, faſciis tribus tranſverſis ſaturatioribus. *Geoff.*

*De Geer tom.* 1. *p.* 409. *t.* 27. *f.* 9, 10. *tom.* 2. *p.* 468. Spirilinguis, antennis filiformibus, alis rhombeis fuſco-caſtaneis, faſcia obliqua obſcura, palpis porrectis.

*Hab. in* Europa. In ſyringa.

*Larva* 16 poda, viridis.

*Deſc.* Tortrices *D. Geoff.* non facile ſæpe dignoſcuntur. Hæc phal. variat, deſcriptioneſque *DD. Geoff.* & *de Geer* diſſimiles. Ne colori fidas, ſed tribus faſciis quarum una in ipſa baſi, 2da. in medio, 3a. in parte infima. *Subtus* alæ vel luteæ vel albido-fuſcæ. V.

Pyrana. 732. P. T. ( du poirier ) aurato-flaveſcens, alarum faſcia tranſverſa maculaque duplici fuſca. *Geoff.*

*De Geer tom.* 2. *p.* 469. Spirilinguis, antennis filiformibus, alis rhombeis luteis, ſtrigis obliquis nebuliſque fuſcis.

*Rœſ. tom.* 1. *cl.* 4. *t.* 2.

*Hab. in* Europa: In pyro.

*Larva* 16 poda, viridis, linea dorſali fuſco viridi.

*Deſc.* Statura præcedentis. Alæ nitido-æneo-luteæ. Faſcia fuſca in medio, alis duabus plerumque interruptis. V.

*Obſ.* Varietas duplo major in noſtro muſæo V.

Denſana. 733. P. T. ( le ſautoir ) alis anticis pallidis, faſcia obliqua fuſca, pone fuſcis faſcia maculaque cinereis. *Geoff.*

*Hab.*

*Hab. in* Europa. In acere.
*Larva* 16 poda, murina, ſupra luteo punctata.
*Obſ.* Licet hæc phal. circa Lutetiam frequens dicatur, tamen in Gallia Auſt. nunquam tortricem legi cui *D. Geoff.* deſcriptio conveniat; ſcilicet non vidi faſciam obliquam a latere exteriore ad interiorem adſcendentem & alteram ab eodem latere verſus interiorem deſcendentem. In noſtro muſæo, una ſpecies reperitur cum prima faſcia, ſed multo major diverſeque colorata. V.

Angulana. 734. P. T. (l'angle) flava, faſcia tranſverſa fuſca. *Geoff.*
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Præcedentibus multo minor. *Alæ ſuperiores* nitido flavæ, faſciis duabus flavis in ſutura junctis, inde angulus obtuſus. Hæc ultima nota plurimis ſpeciebus convenit. V.

Æneana. 735. P. T. (la bronzée) fuſco-aurea, faſcia duplici aurata, macula purpurea. *Geoff.*
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Major præcedenti. *Alæ ſuperiores* fuſcæ, ſed pilis luteis adſperſæ, ex quibus color æneus oritur. Verſus marginem alæ interiorem faſcia lata purpuraſcens, linea aurata *ſupra* & *infra* cincta. V.

Anglicana. 736. P. T. (l'Angloiſe) cinerea, penicillis plurimis alarum elevatis. *Geoff.*
*Fab. aſperana* pyr. an?
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum. V.
*Obſ.* Fuſco-cinerea. V.

Bidellana. 737. P. T. ( la bedeaude ) alis antice albis; poſtice fulvis. *Geoff.*
*Hab. in* Europa.

*Ex oper. D. de Geer.*

Urticana. 738. P. T. ( de l'ortie ) alis rhombeis margine poſtico interiore exciſo, obſcure fuſcis, ſtriga inflexa flaveſcente. *Retz. n.* 148.–*De Geer tom.* 1. *p.* 413. *t.* 28. *f.* 1.–11.
*Hab. in* Europa.
*Larva* 16 poda, griſea, nigro punctata. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Parva, agiliſſima, alarum poſitione ſingularis. *Alæ* more geometrarum fere horizonti parallelæ. Inter tortrices nihilominus numeranda, alis in parte antica latioribus quam in poſtica margineque poſtico cum exteriore angulum fere rectum formante. V.

Achatana. 739. P. T. ( l'agate ) thorace criſtato, alis rhombeis albis caniſve, faſcia undulata fuſca maculaque lunulari ferruginea. *Retz.* 150. – *De Geer tom.* 2. *p.* 472. *t.* 10. *f.* 1.–4.
*Reaum. inſ. tom.* 2. *t.* 18. *f.* 8.
*Hab. in* Europa. In Galliæ ſalice. V.
*Larva* 16 poda, viridis, pilis criſpis, tenuiſſimis, longiſſimis.
*Deſc.* Macula fuſca in colore achaticino facile agnoſcitur. V.

*Ex Ent. D. Scop.*

Podana. 740. P. T. ( la Poda ) alis ochraceis, anticis cinnamomeis, atomis ſtrigaque media flaveſcentibus, apice caudatis.
*Hab. in* Europæ rhododendro ferrugineo

cujus dura folia, cum torquere non poſſit, filis unit, metamorphoſin ſubitura.
*Larva* albida, capite caſtaneo lucido.
*Puppa* fuſca glabra.
*Deſc. Alæ poſticæ*, latere abdomen ſpectante fuſco. *Corpus* ſupra alis anticis concolor, *ſubtus* ochreaceum. *Lingua* nulla.

Rubiana. 741. P. T. (de la ronce frutescente) alis fuſceſcentibus, anticis ſupra cineraſcentibus, macula communi poſtica ſubovata, brunnea, macula apicis punctiſque tribus poſticis craſſiori margini impoſitis bruneis.
*Hab. in* rubo fruticoſo.
*Deſc.* Tort. *Uddmanniana* & *Alſtromiana*. *Linn.* quaſdam notulas cum noſtra communes habent, an vero alterutra vere noſtra, valde dubito? Metamorphoſin ſubitura, ſumma folia complicat. *Antennæ* corpore duplo breviores. *Palpi* clavati. *Alæ poſticæ* fimbria pallidiore. *Anticæ* baſi & apice obſcuriores, macula communi margine albido cincta.

Cervana. 742. P. T. (la fauve) *alis anticis* cervinis, limbo ferrugineo & fuſco punctato, faſcia fuſceſcente punctiſque 3. 4. glaucis variegata.
*Hab. in* Europæ ericetis.
*Deſc. Ala* eadem inter faſciam & baſin pallidior. Lineolæ duæ fuſcæ in limbo parallelæ, longitudinales punctaque tria fuſca in margine exteriore verſum apicem collocata.

Lambergiana. 743. P. T. (la Lamberg) alis anticis cervinis, ſtrigis tranſverſis punctiſque quatuor plumbeis.

*Hab. in* Europa, circa Idriam non rara. In Gallia Auſt. V.

*Deſc. Ala antica*, baſi linea media longitudinali parva aliaque ibidem marginali, e cujus apice brevior alia tranſverſa naſcitur, his ſuccedit ſtriga tranſverſa prima, a qua intervallo lin. 1 $\frac{1}{3}$ diſtat ſecunda interrupta, angulum alæ poſticum una extremitate reſpiciens, ſed non attingens: ſtrigæ cætero binæ poſticæ ſunt, una in limbo, altera in apice. Inter ſtrigam primam & interruptam ſecundam eſt macula oblonga, parva, nigra, tria puncta plumbea fovens; prope hanc maculam eſt lineola albida alæ medium occupans, longitudinalis, poſtice bifida. *Alæ* fimbria fuſco-plumbea conf. phal. *arcuanam* Linnæi, *Faun.* 1317, huic ſimilem.

Wulfeniana. 744. P. T. (la Wulfen) nigricans, alis anticis plumbeo punctatis, ſubtus puncto albo, quo poſticæ utrinque notatæ.

*Hab. in* ſylveſtribus circa Idriam.

*Deſc. Alæ anticæ* margo inferior, baſin verſus, albidus, puncto albo *ſubtus* prope marginem craſſiorem, diſtantia lineæ unius ab apice. *Tibiæ anticæ* albo annulatæ.

Rufana. 745. P. T. (la rouſſe) alis anticis ferrugineis, glauco punctatis.

*Hab. in* Europæ ſalicetis. Circa Lugdunum. V.

*Deſc.* Puncta glauca numeroſa eaque poſtice quaſi in ſtrigas tranſverſas ordinata.

Plumbana. 746. P. T. (la hachée) alis anticis baſi

fuſceſcentibus, poſticis ferrugineis, lituris tranſverſis hamatis, plumbeis, punctiſque 2, 3 nigris marginalibus ad angulum poſticum.

*Hab. in* Europæ herbidis. In Breſſia. V.

*Deſc. Palpi* potiſſimum, lamella obtuſa clavati, ſeparant a *tineis*, a quibus alias ægerrime diſtingueretur. *Alæ ſuperiores* antice fuſceſcentes punctiſque ferrugineis nebuloſæ. Fimbria ejuſdem alæ plumbea pariter, ſed paullo obſcurior quam ſtrigæ, quarum hami oppoſiti.

Ruſticana. 747. P. T. (la ruſtique) alis anticis caneſcentibus, maculis obſoletis faſciaque pallide caffeatis.

*Hab. in* Europa circa tuguria & poſſeſſiones ruſticorum. In Breſſia frequens. V.

*Deſc.* Ad baſin *alæ* maculæ dictæ duæ, faſcia in medio, maculæ tres poſticæ, puncta 4 poſtica craſſiori margine impoſita. *Pectus* argenteum. *Tibiæ* pallide fuſco annulatæ.

*Obſ.* Media. *Pectus* albidum. V.

Miſcellana. 748. P. T. (la mélangée) alis anticis cervinis, fuſco punctatis, ſtriis tranſverſis interruptis plumbeis faſciaque media fuſceſcente, plumbeo puncto notata.

*Hab. in* Europa, in nemoribus, hortis, pomariis.

*Deſc.* Miſcella colorum indiſtinguibilium. Strigæ plumbeæ ſæpius abruptæ, 5, 6; color *alæ* cervinus equidem, ſed leniter etiam ferrugineus. Puncta fuſca 4 poſtica in margine craſſiore. *Caput*, inter antennas, cervino-ferrugineis villis tomentoſum. *Tibiæ* fuſco annulatæ.

Montana. 749. P. T. ( la montagnarde ) alis anticis fuſcis, macula communi media margineque craſſiore poſtice ferrugineis, ſtrigis binis poſticis obliquis fimbriaque plumbeis.
*Hab. in* montibus Carnioliæ. In Gallia Auſt. *Ibid.* V.
*Deſc.* Margo alæ ubi ferrugineus, ibi & fuſco punctatus. *Abdomen* nigrum.

Cana. 750. P. T. ( la vieille ) alis anticis caneſcentibus, fronte atomiſque cervinis.
*Hab. in* Europa. Inter corylos.
*Deſc. Alæ ſuperiores* punctis cervinis vagis variegatæ. *Pectoris* latera & *femora antica* ſubtus ſubargentea.

Pedana. 751. P. T. ( la piétone ) alis anticis cinereo fuſcoque nebuloſis, apice ſtriis obliquis ferrugineis.
*Hab.* inter frutices.
*Deſc.* Striæ poſticæ ſubquaternæ, una cum fimbria, ferrugineæ. Puncta 5 caſtanea in margine craſſiori verſus apicem. *Pedes* ſubargentei, poſtici longiſſimi & craſſi. *Pectoris* latera argentea. *Tibiæ,* annulis nigricantibus.

Umbriana. 752. P. T. ( d'Ombrie ) umbrina, alis anticis cinereis, faſcia punctiſque marginalibus fuſceſcentibus.
*Hab. in* Umbriæ pratis.
*Deſc.* Margo craſſior *alæ ſuperioris, poſticæ* albo fuſcoque punctatus. Fimbriæ margo albidus.

Formoſana. 753. P. T. ( l'élégante ) alis anticis nigro corticinoque variis, ſtrigis tribus ſubmarginalibus obliquis, plumbeis punctiſque 8 albis marginalibus.

*Hab.* circa Idriam in pomariis.

*Deſc.* Color prævalens niger, corticino variegatus. Strigæ non attingunt marginem alæ craſſiorem, cui proximæ; harum poſtica oritur e quintæ puncto albo (ab apice ſurſum numerando) &deſinit in margine alæ fimbriato, lineæ fere diſtantia ab apice. In limbo ejuſdem *alæ* puncta tria plumbea, binis ſubmarginalibus. Inter bina puncta ex hiſce ſunt duæ parvæ parallelæ corticinæ lineolæ. Fimbria nigra, punctis tribus corticinis variegata.

Rivulana. 754. P. L. (la diviſée) alis anticis murinis, faſcia rivuliſque poſticis albidis.

*Hab. in* Europæ ſylvis.

*Deſc.* faſcia antica & rivuli fiunt lineis binis. Rivi ita ſiti, ut duas inſulas murinas faciant, nempe unam ſubovatam inferiorique margini alæ ejuſdem impoſitam, alteram ſubconicam obliquam duplo longiorem; convergente apice angulo poſtico proximo. In margine craſſiore puncta 4 murina verſus apicem poſita. *Alæ poſticæ* utrinque pallidæ. *Anticæ* ſubtus fuſcæ.

Graminea-na. 755. P. T. (des graminées) alis anticis atomis faſciiſque binis obſoletis fuſceſcentibus.

*Hab. in* Europa. In herbidis collibus.

*Deſc.* Faſciæ undulatæ non attingunt marginem alæ oppoſitum. *Pectus* & *femora* argenteis ſquamulis adſperſa.

Capillitia-na. 756. P. T. (la chevelue) alis anticis ſubferrugineis, punctis marginalibus, capite palpiſque albidis.

*Hab. in* Europa. In ſylveſtribus locis.

*Deſc.* Ratio nominis ex denſo pilorum capillitio capiti impoſito. *Oculi* nigri. *Alæ anticæ* ſubtus fuſcæ. *Poſticæ* utrinque pallide fuſcæ. *Pectus* argenteum.

Oſſeana. 757. P. T. (la jaunâtre) alis anticis oſſeis, atomis fuſcis punctoque apicis fuſceſcente.

*Hab. in* Europæ herbidis. In Breſſia V.

*Deſc. Palpi*, *caput*, colore alarum ſuperiorum, ut & *thorax tibiæ*que. In medio ejuſdem alæ puncto duo obſoleta fuſca. *Oculi* nigri.

Pyraliana. 758. P. T. (la pyrale) alis anticis ferrugineis, limbo obſcuriore faſciiſque binis fuſcis.

*Hab. in* Europæ ſylvis.

*Deſc. Pyrali* proxima ob alas obliquius poſtice truncatas ac in omnibus aliis enumeratis. *Palpi* etiam articulus ultimus, alterius pilis paullo longior eſt.

*Ex noſt. Muſ.*

Soubryana. 759. P. T. (la Soubry) alis griſeo margaritaceis litura alba a medio dorſi ad apicem uſque extenſa. *t.* 6. *f.* 24.

*Hab. in* Europa. In ſylvis Lugdunenſibus.

*Deſc.* Magna. *Alæ ſuperiores* nitido-margaritaceæ. Faſcia longitudinalis a medio alæ uſque ad apicem: hæc dentata in parte inferiori, comitata in anteriori duabus maculis fuſcis. In honorem *D. Soubry* qui plurimas ſpecies detexit Linnæoque miſit nomen impoſitum. Amico mortuo tributum offert non ingratus amicus. Facies *pyralis*, ſed *alæ* curviſſimæ.

Imbertiana. 760. P. T. ( l'Imbert ) alis pallide luteſcentibus, faſcia fuſca obliqua, angulata.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.

*Deſc.* Magna. *Antennæ* ſupra albæ. *Thorax* griſeus, faſciculatus. *Alæ ſuperiores* pallide luteſcentes, ſtrigis plurimis fuſcis undulatis, quarum una aut duplicata aut latiſſima, a medio marginis interioris deſcendit verſus angulum ani, poſtea aſcendit verſus marginem exteriorem. Pars deſcendens aſcendente longior. Ambæ angulum acutum formant. *Subtus* macula fuſca lanceolata ut in noct. *fimbria. Alæ inferiores* fuſceſcentes, margine albiſſimis, ciliis cincto. *Subtus* argentatæ, ſtrigis duabus curvis punctoque centrali. In honorem amici noſtri *D. Imbert D. Soubry* nepotis, nec non hiſtoriæ naturalis amantiſſimi cujuſque rara & pretioſa librorum collectio non ſolum ad ſcientiarum progreſſum ſemper aperta eſt, ſed etiam, quod notandum, rariora opera, larga manu, in ſtudioſorum muſæum transferuntur.

Gilibertiana. 761. P. T. ( la Gilibert ) alis aureo, fuſco alboque fulgidis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. circa Nemauſum.

*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* fuſco-auratæ, innumeris ſquamis albis lente conſpicuis, tectæ. Lineola alba in margine exteriori. *Infra* fuſcæ, ſed lineola viſibilis. In honorem *Joan. Emm. Gilibert*, inter celeberrimos Botanicos ſedens, plurimorum operum auctor & editor, immortaliſque *Linnæi* digniſſimus interpres.

Allioniana. 762. P. T. ( l'Allioni ) alis flavis, faſciis auratis punctiſque argenteis numeroſiſſimis irroratis.

*Hab. in* Europa. In montibus Gebennis.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* flavo, aureo, argenteo ornatæ. *Subtus* fuſco albidoque marmoratæ. In honorem *Dr. Allioni* auguſtæ Taurinorum prof. reg. in entomologia emeriti, Flora Pedemontana aliiſque operibus cogniti.

Hermanniana. 763. P. T. ( l'Hermann ) alis ſuperioribus griſeo-albis, punctis maculiſque fuſcis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Majuſcula. *Alæ ſuperiores* griſeo-albidæ, punctis quatuor fuſcis in parte antica. Faſcia fuſca triangularis in medio marginis exterioris, quæ marginem interiorem haud attingit. Punctum fuſcum, quod faſciam fere tangit. Margo poſticus incurvus, punctatus. *D. Hermann* med. doct. prof. in entomologia verſatiſſimus, plurimas ſpecies nobis incognitas communicavit.

Tourretiana. 764. P. T. ( la Tourrette ) alis fuſcis, certo ſitu auratis, in parte infima concavis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Magnitudo media. phal. *æneæ D. Geoff.* affinis, ſed ſemper abſque macula purpuraſcente. In honorem *D. de la Tourrette* Acad. Lugd. perp. Secr. plurimis operibus botanicis cogniti, Chloris Lugdunenſis auctoris, quæ Floræ Lugdunenſis felix precurſor.

Bombycina. 765. P. T. ( la bombycine ) ſubpectinicornis, alis albis, lituris maculiſque ferrugineis.

*Hab. in* Europa. In Breſſia circa Lugdunum.

*Deſc.* Primo intuitu bombyx, ſed margo alarum dilatatus curvuſque ad hanc diviſionem reducit. *Caput* & *thorax* albiſſima. *Alæ ſuperiores* albæ, faſcia rufeſcente in medio, aliquoties oblitterata, tunc ſtriga rufeſcens poſtquam linea albiſſima, *ſubtus* fuſceſcentes. *Alæ inferiores* albidæ. *Subtus* punctis fuſcis adſperſæ.

Blainiana. 766. P. T. (la Blain) alis griſeis, ſuperioribus ſex punctis magnis atris, quadratis.

*Hab. in* dumetis. *Muſ. D. Blain.*

*Obſ.* Affinis phal. *D. Schæff. t.* 17. *f.* 7, 8. ſed triplo major totaque griſea.

*Deſc.* Magna ſingulariſque ſpecies. *Tota* infra & ſupra griſea, ſed punctis atris facile diſtinguenda.

*D. Blain* muſæum inſectorum conſervatione numeroque pretioſum.

Gaillardana. 767. P. T. (la Gaillard) albida, alis ſuperioribus lituris fuſcis inæqualibus, faſciaque rufa.

*Hab. in* Europa, circa Nemauſum.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* albidæ, faſcia rufa, obliqua in medio, lituris irregularibus fuſcis paſſim ſparſis. *Subtus* anticarum margo exterior fuſco alboque maculatus. *Alæ inferiores* canæ. In honorem *D. Gaillard* qua larvas plurimas incognitas educavit noſtrumque muſæum nonnullis novis ſpeciebus, non avara manu, ditavit.

Commerſoniana. 768. P. T. (la Commerſon) alis ſuperioribus griſeis, thorace nigro.

*Hab. in* Europa, circa Maſſiliam.

*Deſc.* Inter medias minor. *Thorax* antice ater. *Alæ ſuperiores* triſte griſeæ, punctis numeroſis nigris, punctis 4 majoribus nigris oblique poſitis. *Subtus* alæ omnes griſeæ. *Abdomen* infra album, punctis nigris longitudinaliter digeſtis. In honorem infauſti *D. Commerſon*, incredibili & inextinguibili hiſtoriæ naturalis ſtudio flagrantis. Stupendas vegetabiles opes e ſola Madagaſcaria inſula collegerat, cum in ætate ſibi valida rebuſque & fructu rerum ſufficienti, premature obiit in inſula Borbonia Linnæanæ doctrinæ intrepidus & ſagax propagator.

Roſeana. 769. P. T. (la roſette) alis deflexis roſeis; ſuperioribus punctorum arcuumque ninigrorum duplici ſerie. *Geoff.*

*Geoff. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 121. *n.* 25. inter phalænas pectinicornes.

*Fab.* bomb. 142. alis incumbentibus roſeis, ſtrigis tribus fuſcis, ſecunda undata, tertia punctata.

*Raj. inſ. p.* 227. *n.* 86.

*Forſt. cent.* I. 75. 75.

*Harriſ. inſ. Angl. t.* 30. *f. p.*

*Naturf.* 12. *t.* I. *f.* 18.

*Hab. in* Europa. In his regionibus, ſed conſervata haud frequens.

*Obſ.* Hanc egregiam phalænam ad tortrices retuli popter formam alarum. *Antennæ*, licet tenuioribus pilis inſtructæ, ſetaceæ adparent. Præterea *tortricis* nota ſpecifica ab antennis non deſumenda. *Alæ ſuperiores* margine toto roſaceæ, in medio pallidiores. Subtus fere ut ſupra. *Alæ inferiores* pallide roſaceæ. *Subtus* color ſaturatior. *Abdomen* infra nigrum, villoſum,

ſupra vix colore roſaceo tinctum. *Pedes* roſacei, fuſco ſæpe variegati.

Dorſiana. 770. P. T. (la Dorſi) alis ſuperioribus griſeis, fuſco miſcellaneis, margine poſtico ferrugineo.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Media. *Caput*, *pectus*, *femora* quatuor prima, ſubtus nivea. In honorem. *Di.* & *Dx.* Dorſi pap. phal.que Europ. editores perſpicaciſſimi, quorumque labores lepidopterorum hiſtoriæ utiliſſimi.

Schieffermullerana. 771. P. T. (la Schieffermuller) alis ſuperioribus argentato-albis, faſcia tranſverſa fuſca, inæqualiter dentata.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.

*Deſc.* Media. *Thorax* in medio fuſcus. *Alæ ſuperiores* albiſſimæ, margine interiori ultra medium argentato-fuſcæ. Faſcia magna fuſca dentata tranverſe alas percurrit. In hac faſcia lituræ nigræ uti verſus baſin alæ. inſuper macula fuſca obliqua a margine exteriori deſcendens. Faſciæ ambæ ſæpe coalitæ; margo igitur exterior albus prope baſin, dein fuſcus, poſtea albus aliquot punctis fuſcis variegatus: deinde fuſcus, denique albus punctis fuſcis notatus. Subtus *thorax*, *pectus*, *abdomen alæ*que inferiores, margaritacea. In honorem *D. Schæffermuller* qui lepidopterorum familias & ordines e larvis imaginumque ſtructura docte ordinavit.

Desfontiana. 772. P. T. (la Desfontaines) griſea, palpis longis hirſutis, alis ſuperioribus fuſco punctatis, maculatis antenniſque fuſcis.

*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis, ſed rarior.

*Deſc.* Majuſcula. *Palpi* craſſi, longi, villoſi, porecti, ſubtus griſei. *Alæ ſuperiores* albido-griſeæ, faſcia magna fuſca in medio marginis exterioris, punctis tribus quatuorve fuſcis longitudinaliter diſpoſitis verſus marginem interiorem, quorum ſuperius alio puncto parallelo comitatum. Striga punctata curva verſus marginem poſticum. *Alæ inferiores* infra læte griſeæ. In honorem *D. Desfontaines* qui ex Africa rediens muſæum noſtrum aliquot novis inſectis exoticis auxit.

Billardiana. 773. P. T. (la Billardiere) alis antice fuſcis, poſtice argenteis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.

*Deſc.* Parva, ſed nitida. *Alæ ſuperiores* antice fuſcæ ſ. tertia pars alarum anticarum fuſca, quæ fuſcedo per marginem exteriorem continuatur, ſed tunc interrupta. Margo poſticus dimidiato fuſcus. Cætera ſquamis argenteis tecta, punctis minimis exceptis tres faſciolas lente conſpicuas formantibus. *Alæ inferiores* ſupra punctis numeroſiſſimis irroratæ, licet certo luminis reflexu argentatæ. Subtus *anticæ* fuſcæ, *poſticæ* albidæ. In honorem. *D. de la Billardiere* rei naturalis amore exoticas regiones hodie percurrens.

Gerningiana. 774. P. T. (la Gerning) tota argentea, antennis apice argenteis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſtraliori.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* ſupra obſcure argenteæ, ſubtus omnes læte griſeæ. In honorem *D. Gerning* cujus

muſæum, lepidopterorum opus Pariſienſe ſpeciebus raris & incognitis locupletavit.

Ludovicana. 775. P. T. (la Louiſe) alis ſuperioribus corticinis numeroſiſſimis punctis argenteis. *t.* 6. *f.* 25.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt.
*Deſc.* Majuſcula. *Antennæ* hirſutæ. *Alæ* corticinæ, punctis argenteis ſparſæ, ſtriga argentea, dentata. Margo exterior corticino argenteoque variegatur. *Alæ inferiores* ſupra fuſcæ. *Subtus* griſeo-albidæ, punctis fuſcis copioſe irroratæ. In honorem conjugis noſtræ, itinerum laborumque ſociæ, & quod jamdiu non permittit viſionis debilitas, muſæi entomologa ordinatrix.

## *5* PYRALES.

Farinalis. 776. P. P. (de la farine) palpis recurvatis, alis politis fuſceſcentibus, ſtrigis repandis albidis, area interjecta glauca.*
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 14.
*Scop. carn.* 508.
*Fab.* phal. 166. palpis recurvatis, alis politis luteſcentibus, ſtrigis repandis albis, baſi apiceque luteis.
*Faun. Fridr. n.* 478.
*Schæff. icon. t.* 95. *f.* 8, 9.
*Hab. in* farina culinari cibis parata, ſedens cauda erecta. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* ferrugineæ, ſtrigis duabus albidis: priori verſus baſin recurva: poſteriore ante apicem flexuoſa. *Inferiores* fuſceſcentes, margine poſtico nigro. *Abdomen* ſemper aſcendens & fere rectum. A tergo thoracis. Loco ſcutelli, duo mucrones,

antice hirti. *Lingua* ſpiralis. *Faun.* 1348.

Glaucina-lis. 777. P. P. (la verdâtre) palpis recurvatis; alis glabris glaucis, ſtrigis duabus flavis, arcuatis, remotiſſimis. *
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 4.
*Fab.* phal. 170.
*Faun. Fridr. n.* 479.
*Hab. in* Europa. In domibus. V.
*Deſc.* Media. *Alæ* cinereo-glauceſcentes; læves, ſtrigis duabus flavis, æqualibus & ſpatio fere æquali remotis, tranſverſis, quarum poſterior etiam in pagina inferiore conſpicua. *Faun.* 1349.

Barbalis. 778. P. P. (la raquette) palpis brevioribus, antennis pectinatis, femoribus anticis barba porrecta. *
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 3.
*Scop. carn.* 605.
*Raj. inſ.* 227. *n.* 103. *h*?
*Fab.* phal. 171.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ nemoribus non rara. V.
*Deſc.* Simillima ſequenti; an ſolo ſexu diſtincta? *Palpi* porrecti, ipſis antennis ſubpectinatis dimidio brevioribus. *Femora* antica barba porrecta, longitudine palporum, quod ſingulare. *Alæ* omnino ſequentis, ſed *inferiores* albidiores. *Faun.* 1345.
*Obſ.* Alter ſexus non barbalis. Color in omnibus teſtaceus, ſtrigis duabus fuſcis tenuioribus. V.

Tentacu-laris. 779. P. P. (la tâteuſe) palpis porrectis longitudine antennarum pectinatarum, alis omnibus cineraſcentibus, ſtrigis tribus obſoletis. *

Phalæna

*Phalæna tentacularia*. *Syſt. nat.* 10. *p.* 522, *n.* 146.
*Fab.* phal. 172.
*De Geer tom.* 1. *p.* 59. *t.* 5. *f.* 1.-3.
—— *tom.* 2. *p.* 358. alis horizontalibus griſeis, ſtrigis duabus fuſcis, palpis longitudine antennarum.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. præcedenti rarior. V.
*Deſc.* Media. *Alæ omnes* utrinque cinereæ: *ſuperiores* ſtrigis tribus fuſceſcentibus, æquali ſpatio remotis: prima & ſecunda verſus marginem exteriorem recurvata, tertia recta ſ. tranſverſa. *Antennæ* pectinatæ. *Palpi* duo enſiformes, antrorſum porrecti, longitudine fere antennarum, margine villoſi, apice diffracti, patuli. *Faun.* 1344.

Proboſcidalis. 780. P. P. (le muſeau) palpis porrectis approximatis thorace longioribus, antennis pectinatis, alis griſeſcentibus ſtrigis ferrugineis. *
*Clerck. phal. t.* 5. *f.* 4.
*Scop. carn.* 606.
*Fab.* phal. 173.
*Sulz. inſ. t.* 23. *f.* 6.
*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. ſylvis.
*Deſc.* Major. *Alæ ſuperiores* griſeæ, e pallide cinereo, atomis ferrugineis: faſciæ tres ſubferrugineæ, antice oblitteratæ, quarum prima exterius recurva, media tranſverſa, poſtrema tranſverſa aliquot punctis albidis oblitteratis punctata. *Palpi* compreſſi, porrecti, approximati, antrorſum prominent. *Faun.* 1346.
*Obſ.* 1. Puncta ſæpe omnino oblitterata. *Subtus Alæ ſuperiores* fuſcæ, *inferiores* albidæ, puncto centrali fuſco. V.

*Obſ.* 2. Variat colore magis minuſve fuſco.

Roſtralis. 781. P. P. ( le toupet ) palpis porrectis thorace longioribus, alis ſubgriſeis, punctis duobus muricatis lineaque apicis nigra. *
*Raj. inſ.* 214. *n.* 9.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 6.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 18. *f.* 16?
*Fab.* phal. 174.
*Geoff. hiſt. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 168. *n.* 116.
*Hab. in* carpino, humulo.
*Larva* nuda. 14. poda, viridis ſtrigis obliquis lineiſque lateralibus albis.
*Puppa* folliculata, brunnea, obtuſa antice carinata. *Fab.*
*Obſ.* Media. *Alæ ſuperiores* obſcure griſeſcentes, poſterius minus ſaturate: in area anteriore obſcuriore aliquot puncta albida, fuſcaque prominentia; in poſteriore ſtriæ excavatæ. Ad apicem lineola nigra, ut in phalæna *chenopodiata. Thoracis* dorſum criſtis exaſperatum. *Palpi* compreſſi, adſcendentes, margine ſuperiore pubeſcentes. *Faun.* 1347.
*Obſ.* Certe hæc pyralis & phal. *le toupet à pointe D. Geoff.* una eademque ſpecies, & ſi in ſynonymia *DD. Linn.* & *Fab.* hiſt. inſ. pariſ. non citata fuerit. V.

Sulphura-lis. 782. P. P. ( l'arlequinette ) alis ſuperioribus flavis, lineis 2, punctis 5, faſciiſque 2 poſticis nigris.
*Fab.* bomb. 116.
*Geoff. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 184. *n.* 5. inter tineas.
*Schæff. icon. t.* 9. *f.* 14, 15.

*Hab. in* Germania. *D. Schreber.* In Gallia.
*Obſ.* Vera tortrix *Linn.* V.
Alæ *flavæ: poſtice faſciæ* 2 *nigræ, quarum poſterior punctis confertis; lineæ* 2 *nigræ juxta marginem exteriorem, a baſi ad faſciam. Puncta* 5 *nigra ſparſa extra lineas, ante faſcias.* Alæ inferiores *ſubtus flaveſcentes, faſciis* 2 *poſticis nigris, pone punctum nigrum.*

Forficalis. 783. P. P. (les pinces) alis glabris pallidis, ſtrigis ferrugineis retrorſum obliquatis lituraque anteriori. *
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 16. *f.* 13*, 14.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 166. *n.* 111.
*Fab.* phal. 177.
*Faun. Fridr. n.* 481.
*Hab. in* Breſſia.
*Larva* 16. poda, viridi-lutea, punctorum nigrorum ſextuplici ſerie diſpoſitorum. *Geoff.*
*Deſc. Tota* flava eſt & mediæ magnitudinis ſ. tabani majoris. *Tibiæ* poſticæ ſpinoſæ. *Alæ* deflexæ & quaſi forficata cauda avis a ſe invicem diſtantes apicibus, ac parum plicatæ: lineæ tres obliquæ retrorſum deſcendunt in ala ſuperiore, quarum prima vix conſpicua; ſecunda ferruginea deſinens quaſi in maculam ferrugineam ante marginem; tertia linea adhuc longior; margo etiam parum fuſceſcit. Subtus *Alæ omnes* lineola obſoleta notatæ, flaveſcentes. Lineola unica obliqua in ſuperiore latere alarum inferiorum. *Faun.* 1352.

Verticalis. 784. P. P. (la verticale) alis glabris pallidis ſubfaſciatis, ſubtus fuſco undatis. *
*Merian. Eur. t.* 88. *f. infim.*?

*Reaum. inſ.* 2. *t.* 19. *f.* 1.-5.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 4.
*Wilk. pap.* 24. *t.* 3. *a.* 16.
*Fab.* phal. 180.
*Faun. Fridr. n.* 482.
*Geoff. inſ. pariſ. p.* 166. *n.* 112.
*Hab. in* urtica. *Tortrix.*
*Larva* 16. poda, piloſa, capite pedibuſque flavis.
*Puppa* brunnea, ſegmentis tribus ultimis denticulo notatis. *Fab.*
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* ſupra pallide flaveſcentes, ſtrigis aliquot obſoletis undulatis. *Inferiores* pallidiores, ſtrigis ſ. faſciis duabus obſolete fuſceſcentibus. Subtus *omnes alæ* flaveſcentes, ſtrigis tribus quatuorve magis obſcure fuſcis. *Faun.* 1353.

Pinguinalis. 785. P. (de la graiſſe) alis palpis recurvatis, elinguis, alis cinereis, margine craſſiore nigro ſubfaſciato.
*Roland. Act. Stockh.* 1755. *p.* 51. *t.* 2.
*Fab.* phal. 184.
*Faun. Fridr. n.* 480.
*De Geer tom.* 2. *p.* 371. *t.* 6. *f.* 9.-12. elinguis, palpis porrectis, alis horizontalibus achatinis, maculis ſtrigiſque nigris & ferrugineis.
*Schæff. icon. t.* 60. *f.* 8, 9.
*Reaum. inſ. tom.* 3. *p.* 250. *f.* 5.-11.
*Hab. in* pinguibus, butyro aliiſque frequens, intra domos & culinas; rarius in ventriculo humano, inter vermes peſſima, expellendo lichene curvatile.
*Larva* 16. poda, lævis, fuſca, nitida.
*Puppa* nuda, brunnea, obſcura. *Fab.*
*Deſc.* Major. *Alis* patenti-deflexis, *exterioribus* obſolete cinereis; margine exteriore variis faſciis tranſverſis nigris

notato. *Alæ inferiores* cinereo-albidæ. *Frons* tentaculis duobus reflexis, villoſis; apice vix majore conſpicuo obtuſo erecto (non recurvo & acuto) nudo, lævi, glabro. *Antennæ* ſetaceæ. *Faun.* 1350.

Frumentalis. 786. P. P. (du froment) alis cineraſcentibus glabris, faſciis obliquis albidis articulatis. *

*Hab. in* agris tritico conſitis. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* ſupra cinereo-glauceſcentes, faſciis duabus tribuſque albicantibus, concatenatis e maculis ovatis; margo poſticus ciliaris, lineolis albidis, alternis. *Subtus* alæ glauceſcentes. *Faun.* 1351.

Secalis. 787. P. P. (du ſeigle) alis griſeo-fuſcis ſtriatis, macula reniformi A latino inſcripta.

*Roland. Act. Stockh.* 1752. *p.* 62.

*Fab.* phal. 186.

*Habitat intra* Secales *culmos, eos intra vaginam exedens, ex uno in alterum migrans, unde ſpicæ albæ caſſæ.*

Sanguinalis. 788. P. P. (l'iſthme) alis flavis, faſciis duabus ſanguineis, priore exterius dilatata perforata.

*Fab.* phal. 188.

*Hab. in* Luſitania. *D. Vandelli.* In Gallia Auſt. circa Lugdunum. V.

*Obſ.* Facies & magnitudo pyr. purpuralis. V.

Culice *paullo major.* Alæ ſuperiores *ſupra luteæ, faſcia in medio purpurea, ad marginem exteriorem latiore, ubi format quaſi iſthmum ſ. punctum*

*luteum. Faſcia altera ad marginem alæ poſticum.*

Sticticalis. 789. P. P. ( la parée ) alis griſeis, ſtriga marginali flava margineque nigro ciliari. *
*Fab.* phal. 189.
*Schæff. icon. t.* 19. *f.* 16?
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Antennæ* ſetaceæ, corpore dimidio breviores. *Alæ ſuperiores* griſeo-cinerascentes : maculæ ſ. puncta duo nigra, ovata, centro puncto albo notata; litura flaveſcens ante apicem alæ; margo poſticus linea flava, ciliis nigricantibus. *Inferiores* multo breviores, flaveſcentes. *Subtus* alæ faſciis duabus fuſcis : anteriore conſtante e linea curva, poſteriore e maculis obſoletis. *Faun.* 1354.

Reticularis. 790. P. P. ( le rézeau ) alis griſeſcentibus, punctis lineola ſtrigaque flavis, margine ciliari variegato. *
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Parva. *Alæ* ſubconcolores. *Superiores* ſupra aliquot punctis flavis ſparſis : linea flava oblique longitudinalis ad marginem tenuiorem. ſtriga tranſverſa, ante apicem flava. Margo ciliaris poſticus faſciis lineis alternis, albidis. *Subtus* fere concolores, lineis flavis lucidioribus. *Faun.* 1355.

Purpuralis. 791. P. P. ( la pourprée ) alis fuſco-purpuraſcentibus, omnibus luteo maculatis. *
*Fab.* phal. 194.
*Faun. Fridr. n.* 483.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Parva. *Alæ omnes* utrinque obſcure purpuraſcentes, maculatæ anterius punctis aliquot flaveſcentibus; in medio faſcia obliqua, interrupta, albo-lutea; ultimo ante marginem poſticum ſtriga pallida, tenuiſſima. *Subtus* omnes alæ obſcuriores & diſtincte magis pictæ. *Faun.* 1356.

Duplaris. 792. P. P. (les paralleles) alis ſuperioribus cinereis, nebuloſis, medio punctis duobus atris parallelis. *

*Faun. Fridr. n.* 486.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Major phal. *colonella. Alæ ſuperiores* cinereo-nebuloſæ, in medio tranſverſe albidiores; puncta duo atra, exteriore recurvo, parallela, nec uno ante alterum. *Alæ inferiores* pallidæ, *ſubtus* puncto centrali fuſco. Noctuis affinis. *Faun.* 1357.

Gelatella. 793. P. P. (du cerfeuil ſauvage) alis cinereis, ſuperioribus linea albida punctiſque duobus nigris remotis; fœmina aptera. *

*Clerck. phal. t.* 8. *f.* 3.

*Fab.* tin. 5.

*Hab. in* pomariis *ſub menſe defoliationis; frequens in* chærophillo ſylveſtri.

*Deſc.* Majuſcula. *Alæ ſuperiores* fuſco-caneſcentes, linea latiore, albida, longitudinali, interrupta duobus punctis nigris, æquali ſpatio remotis. *Inferiores* livide cinereæ. *Antennæ* breviores. *Fœmina* alis duabus cinereis, lanceolatis, vix corporis longitudine, villoſis, acutis, utroque margine notatis punctis tribus. *Faun.* 1450.

Atralis. 794. P. P. (la pantomime) alis nigris, omnibus maculis duabus albis rotundatis.
*Linn. Mant.* 540.
*Fab.* phal. 197. alis atris, omnibus maculis duabus niveis.
*Müll. Zool. Dan.* 132. 1524.
*Act. nidros* 4. *t.* 16. *f.* 17.
*Schæff. icon. t.* 129. *f.* 6, 7. an varietas?
*Hab. in* Angliæ, Europæ borealis nemoribus. In Gallia prope Lugdunum in loco vulgo *De Vaſſieu*. V.
*Deſc.* Certo ſitu nitida; in ſingula ala 2 puncta nivea, aliquoties flaveola. *Abdominis* inciſuræ albo marginatæ. *Pedes*, imprimis antici, exalbido-argentei. *Alæ anticæ* ſubtus flavedine ab baſin irroratæ. *Antennæ* fuſcæ. V.
*Obſ.* Sedet alis expanſis ut geometræ, ſed alarum ſtructura palpique ad pyrales reducunt. V.

*Ex ſpec. D. Fab.*

Nemoralis. 795. P. P. (des forêts) palpis recurvatis, alis griſeis, ſtrigis tribus fuſcis, intermedia flexuoſa. *Phal.* 175.
*Harriſ. inſ. Angl. t.* 6. *f.* 2?
*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Ibid.* In Breſſia. V.
*Deſc.* Magnitudo pyr. *farinalis*. *Palpi* recurvati, porrecti, longitudine thoracis. *Caput* & *thorax* griſea, immaculata. *Alæ* obſcure griſeæ, ſtriga anteriore recta; ſecunda flexuoſa; tertia obliqua, ab angulo ani ad apicem alæ ducta. Lunula parva fuſca in medio, inter primam & ſecundam ſtrigam. Poſtice terminantur *alæ* ſtriga tenuiſſima fuſca. *Subtus* puncto, ſtriga margineque punctato.

Palpalis. 796. P. P. ( le bec ) palpis porrectis thorace longioribus, alis griſeis, poſticis margine craſſiori albo. *Phal* 176.

*Hab. in* Angliæ nemoribus.

*Deſc.* Valde affinis pyr. *tentaculari*, at *Alæ anticæ* omnino immaculatæ & *antennæ* haud pectinatæ.

Undalis. 797. P. P. ( l'ondée ) alis obſcure cinereis, ſtrigis tribus obliquis, undatis, niveis. *Phal.* 178.

*Hab. in* Italia. *Dr. Allioni.*

*Deſc.* Magnitudo *forficalis. Corpus* fuſcum. *Alæ* obſcure cinereæ, ſtrigis tribus obliquis, undatis, niveis. Margo poſticus itidem niveus ſex parium punctorum fuſcorum. *Phal.* 179.

Salicalis. 798. P. P. ( du ſaule ) alis cinereis, anticis ſtrigis tribus obliquis fulvis, antennis pubeſcentibus. *Phal.* 181.

*Wien. Verz.* 285. *t.* 1. *a. f.* 5.-*t.* 1, *b. f.* 5.

*Hab. in* ſalice. In Gallia Auſt. V.

*Larva* 14. poda, nuda, viridis, linea dorſali ſaturatiore.

*Puppa* nigra, nitida.

*Deſc.* Imago ſtatura obtuſa fere tortricis. Strigæ *alarum* e flavo fulvoque compoſitæ.

Nivealis. 799. P. P. ( la neigeuſe ) alis griſeo-fuſcis, maculis duabus coſtalibus albis, corpore niveo. *Phal.* 187.

*Hab. in* Germania. *D. de Hattorf.*

*Deſc.* Magnitudo *ſecalis. Lingua* ſupra alba. *Alæ anticæ* planæ, griſeo-fuſcæ, poſtice ſtriga undata punctiſque marginalibus nigris. Maculæ duæ albidæ ad coſtam. *Poſticæ* ſupra fuſcæ, ſubtus pallidæ, punctis duobus, ſtriga punc-

tiſque marginalibus nigris. *Corpus* ſubtus cum pedibus niveum.

Strigalis. 800. P. P. (la rayée) alis griſeis, ſtrigis duabus flavis coſtaque purpuraſcente. *Phal.* 191.

*Hab. in* Germaniæ nemoribus. *D. de Hattorf.* In Breſſiæ ſylvis. V.

*Deſc.* Magnitudo *forſicalis*. *Caput* & *thorax* ſubferruginea. *Alæ anticæ* obſcure griſeæ, ſtrigis duabus diſtinctis flavis coſtaque purpuraſcente. *Poſticæ* griſeæ, ſtrigis obſcurioribus.

*Obſ.* In noſtris faſciæ potius quam ſtrigæ. *Subtus* omnes alæ lucido-griſeæ, ſtrigis ſæpe obſoletis, ſæpeque non conſpicuis. V.

Punctalis. 801. P. P. (la ponctuée) alis ſubferrugineis, margine craſſiori albo punctato. *Phal.* 193.

*Hab. in* Europæ Borealis nemoribus. In Breſſia non rara. V.

*Deſc.* *Alæ* ſubferrugineæ, ſtriga obliqua flava & punctis 5 ſ. 6 albis in margine craſſiori.

*Obſ.* *Palpi* porrecti. *Alæ ſuperiores* obſcure ferrugineæ, margine exteriori aliquot punctis albidis. An varietas? Color ſæpe evaneſcit, tunc difficilius dignoſcitur. V.

Argentalis. 802. P. P. (l'argentée) alis cinereo-fuſcis, ſtrigis anticarum tribus, poſticarum duabus undatis argenteis. *Phal.* 195.

*Hab. in* agro Pedemontano. *Dr. Allioni.*

*Deſc.* Magnitudo *purpuralis*. *Alæ omnes* cinereo fuſcoque variæ. *Anticæ* ſtriga baſeos parva, abbreviata, puncto parvo nigro, ſtriga altera ante medium an-

gulata, tertia pone medium undata. *Poſticæ* ſtrigis duabus, poſteriore undata. Margo poſticus omnium ciliaris argenteo fuſcoque varius.

Coſtalis. 803. P. P. (la purpurine) alis purpuraſcentibus, maculis duabus coſtalibus margineque poſtico flavis.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Ibid.* prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Statura *purpuralis*. *Caput* luteum. *Thorax* & *abdomen* purpuraſcentia. *Alæ* purpuraſcentes, ſtrigis duabus tenuiſſimis flavis, quæ ad marginem craſſiorem macula flava terminantur. Margo poſticus ciliaris, flavus, *ſubtus* cinereus flavoque variegatus.

*Obſ.* Fimbria omnium alarum flava. *Subtus* omnes fere ut ſupra. V.

Nigralis. 804. P. P. (la noire) alis atris nitidulis, ſtriga nivea. *Phal. app. p.* 508.

*Hab. in* Germania. *D. Sulz.*

*Deſc.* Forte *atralis* mera varietas. *Corpus* nigricans, abdominis inciſuris albidis. *Tibiæ* anticæ albidæ. *Alæ omnes* atræ, nitidulæ, ſtriga in medio parum flexuoſa alba. Margo alarum albus.

*Ex ent. D. Scop.*

Anthracinalis. 805. P. P. (le demi-deuil) tota nigra, alis anticis albo maculatis, antennis maris pectinatis.

*Hab. in* Europa circa torrentes, hinc forte in ſalicibus. In Delphinatu, ſed rariſſima. V.

*Deſc. Mas. Antennæ* pectinatæ 4 lineis longæ, ruchi alba nigro annulata, pectinibus capillaceis, fuſcis, piloſis;

ſub antennis pili flavi, poſt antennas faſciculus pilorum flavorum utrinque. *Palpi* barbati, articulo ultimo recurvato, nec barbato, tenui. *Alæ anticæ*, maculis niveis 10 punctiſque niveis poſticis 4; fimbria anticarum nigricans, punctis binis albis, poſticarum albida. *Alæ poſticæ* ſubtus macula alba media. *Pedes* nigri, *tibiis* alboannulatis.

*Fœmina. Antennæ* ſetaceæ. *Corpus* totum nigrum; ceterum alia omnia ut in mare.

*Obſ. Alæ ſuperiores* fuſco-nigræ, punctis ſeu maculis albis decem, quarum quatuor in margine exteriore, quatuor in interiore duabuſque intermediis; verſus marginem poſticum quatuor vel quinque punctis minimis niveis. *Alæ inferiores* fuſcæ infra & ſupra, aliquot maculis albidis obſoletis. *Superiores* infra ut ſupra. *Fœminam* non vidi. V.

*Ex ent. carn. de Scop.*

Citrinalis. 806. P. P. (la citrine) alis citrinis, poſticis pallidioribus immaculatis, anticis faſcia ſubmarginali & cratere ſanguineo reticulatis.

*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. nemoroſis. V.

*Deſc. Palpi* lin. 1 ½ longi. *Oculi* nigri. *Antennæ* ſetaceæ. Nullæ maculæ ſub alis anticis. *Alæ anticæ* lineolis depreſſis poſtice ſtriatæ.

*Obſ.* Magnitudo *ſanguinalis*. *Alæ ſuperiores* citrinæ, faſciis duabus ſanguineis in margine exteriore coalitis, inde area flaviſſima ſanguine circumſcripta. *Subtus* omnes pallide fuſcæ. V.

Trabealis. 807. P. P. (la tranſverſale) alis anticis paleaceis, faſciis binis, trabe longitudinali maculiſque 5 nigris.

*Deſc.* Margo *alæ ſuperioris* niger, faſciæ in limbo poſitæ, ſubundulatæ, trabs margini inferiori parallela, maculæ tres ſuperiori margine adnatæ. *Palpi* breves. *Alæ anticæ* ſubtus fuſceſcentes, margine paleaceo. *Poſticæ* ſupra fuſceſcentes, ſubtus pallidiores, linea tranſverſa punctoque medio fuſcis.

Criſtalis. 808. P. P. (la crête) alis fuſcis, anticis ſupra ferrugineo fuſcoque nebuloſis, criſtula nigricante in medio notatis.

*Hab. in* Europa.

*Larva* nuda, de cauda pendens, fulva cum partui proxima.

*Deſc. Palpi* lin. 1 $\frac{1}{3}$ longi. Fimbria alis poſticis concolor. *Alæ* ſubtus politæ.

Lunulalis. 809. P. P. (la lunule) alis cervinis, anticis ſtrigis tribus obſoletis lunulaque fuſcis.

*Hab. in* Europa. Nobis miſſa.

*Deſc. Palpi* lin. 2 longi. *Antennæ* ſetaceæ. *Alæ omnes* utrinque lineola lunulata fuſca, plus minuſve conſpicua, in medio notatæ.

Viminalis. 810. P. P. (du ſaule à feuilles longues) alis murinis, faſcia obſcuriore utrinque.

*Hab. in* Europa. In, aut circa ſalicem viminalem.

*Deſc. Palpi* vix lineam longi. *Alæ anticæ* limbo obſcuriore. *Poſticæ* ſubtus faſcia punctoque fuſcis.

Extimalis. 811. P. P. (la marquée) alba, alis anticis apice ferrugineis.

*Hab. in* Europa.
*Deſc. Oculi* brunnei. *Alæ anticæ* ſubtus etiam apice maculiſque binis marginalibus ferrugineis. *Poſticæ* margine utrinque punctis ferrugineis.

Sericealis. 812. P. P. ( la ſoyeuſe ) tota ſub oſſea, ſed ſerici in modum nitens, alis anticis macula obſoleta fuſceſcente.
*Hab. in* Europa. In Breſſia. V.
*Deſc. Oculi* fuſci.
*Obſ.* In noſtris macula oblitterata adeo ut *alæ* omnino ſint concolores ſ. nitidæ albæ ut bomb. ſalicis. An ejuſd. varietas ?

Ruralis. 813. P. P. ( la payſanne ) alis paleaceis, ſtrigis tranſverſis, undulatis, obſoletis, fuſcis.
*Hab. in* Europa. Circa Lugdunum non rara. V.
*Deſc. Alæ anticæ* ſupra ſtrigis tribus, ſubtus limbo fuſceſcente. *Poſticæ* utrique ſtriga una & faſcia limbi obſoletis fuſcis. *Oculi* brunnei. *Corpus* alis concolor. *Pedes* albidi. Variat ſtrigis manifeſtis dentatiſque.
*Obſ.* Magnitudo facieſque phal. *nemoralis D. Fab.* & non ſine jure pro eadem haberetur. Punctum deeſt in alis ſuperioribus, ſed macula obſoleta ſtrigis concolor. *Subtus* alæ lucidiores. V.

Trivialis. 814. P. P. ( la triviale ) alis paleaceis, anticis ſupra faſcia lineis tribus obſcurioribus compoſita, ab alæ inferiore nata & in apicem deſinente.
*Hab. in* Europa. In certis locis vulgaris etiam in hortis. In Galliæ pratis, circa Lugdunum non rara. V.

*Deſc.* Supra hanc faſciam ſunt etiam ſtrigulæ duæ eidem parallelæ & concolores, alæ medium occupantes, neutrum vero marginem attingentes. Linea fuſca in margine alarum omnium externo utrinque. *Alæ poſticæ* utrinque punctorum obſoletorum & fuſceſcentium ſerie tranſverſa prope limbum, punctoque alio ſimili ſubtus baſin.

*Obſ.* Magnitudo *forſicalis*. *Alæ ſuperiores* albido flaveſcentes, ſtrigis duabus fuſcis obliquis, parallelis. *Corpus* albidum. *Palpi* breves, porrecti. *Alæ inferiores* ſupra albidæ, ſtriga punctata inferiore ſtrigaque fuſca marginem terminans V.

Nemoralis. 815. P. P. (la ſuavage) alis anticis baſi oſſeis, venulis paleaceis reticulatis, limbo paleaceo, parte intermedia vinaceis, margine externo repando.

*Hab. in* Europæ nemoribus frigidis, umbroſis. In Breſſia. V.

*Deſc.* Alarum media pars obſcuriore repandaque linea utrinque dividitur a coloribus baſeos & limbi ut in *farinali* & maculam obſoletam limbo concolorem in medio, verſus marginem craſſiorem habet, ejuſdem color dictus poſtice dilutior eſt. Margo externus repandus & quaſi dente in medio inſtructus, huic uni proprius; idem terminatus fimbria albo & paleaceo varia. Eadem ala *ſubtus* ſubpaleacea, ſtriga fuſceſcente undulata, abrupta. *Poſticæ alæ* utrinque colore paginæ inferioris alarum ſuperiorum ſtrigaque undulata poſtica faſciatæ.

*Obſ.* Licet ſub eodem nomine alia ſit deſcripta in ſpec. *D. Fab.* nomen

conſervavi. Affinis phal. *pyrali* in medio *alæ* rubellæ in hacque rubedine macula lutea magis minuſve conſpicua. V.

Majalis. 816. P. P. (la printaniere) alis anticis ſupra albis, faſciis tribus interruptis, fuſceſcentibus, pectore pedibuſque argenteis, tibiis fuſco annulatis.

*Hab. in* Europæ pratis majo M. In Gallia Auſt. aprili menſe capta. V.

*Deſc.* Hæſitavi an *tineis* adnumerarem; ſed *palpi* & *alæ* removent a conſortio *tinearum* & *tortricum*. Huic, ut aliis non paucis hujus ordinis, palporum duo paria, antico albo & minore, inferiore vero nigricante & longiore. *Alæ anticæ* ſubtus fuſceſcentes. *Poſticæ* utrinque albidæ, limbo obſcuriore, *ſubtus* ſtriga fuſceſcente faſciato.

*Ex Faun. Fridr.*

Verrucalis. 817. P. P. (les verrues) palpis porrectis, alis albis, lineis duabus arcuatis, verrucis tribus.

*Hab. in* Europa.

*Ex noſt. Muſ.*

Flavalis. 818. P. P. (la jaune) alis ſuperioribus flaviſſimis, fimbria marginali fuſca, ſubtus omnibus griſeis.

*Hab. in* Europa. In pratis Galliæ Auſt.

*Obſ.* Colore & fimbria facile diſtinguitur.

Albidalis. 819. P. P. (la blanchâtre) alis ſuperioribus albidis, capite, thorace palpiſque niveis.

*Hab. in* Europa, ſed in Gallia Auſt. non frequens.

*Obſ.*

*Obſ.* Deſcriptione minime indigeret.
*Deſc.* Magna. *Alæ inferiores, pedes pectuſque* nivea.

Vinalis. 820. P. P. ( la vineuſe ) alis obſcure rubris, ſquamis pallidis ſparſis tectis.
*Schæff. icon. t.* 145. *f.* 7, 8?
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. Nemauſum prope.
*Deſc.* Magna. *Alæ ſuperiores* obſcure purpuraſcentes. *Inferiores* albidæ. Omnes albidæ infra, ſed griſeæ ex atomis griſeo-fuſcis confertiſſimis. *Palpi* curvati. *Corpus* atrum.

Inæqualis. 821. P. P. ( l'inégale ) alis pallide fuſcis, punctis duobus inæqualibus.
*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum rara.
*Deſc.* Valde elongata. *Palpi* porrecti. *Alæ ſuperiores* in tres areas diviſæ, media duabus ſtrigis clauſa, colore ſaturatiore, in qua duo puncta nigra, quorum unum ante alterum poſitum ſuperiuſque minus. *Subtus* fuſcæ. *Alæ inferiores* ſupra & infra minus obſcuriores.

Chryſogaſtralis. 822. P. P. ( la chryſogaſtre dorée ) nigra, palpis curvatis abdomine aureo. *t.* 6 *f.* 26.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. rariſſima.
*Deſc.* Minor. *Tota* fuſca, exceptis alis inferioribus griſeo - fuſcis, abdomine tibiiſque flaviſſimis.

Prothyralis. 823. P. P. ( la conſole ) palpis curvatis, alis ſuperioribus marmoratis, prothyride luteola prope marginem exteriorem. *t.* 6. *f.* 27.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.
*Deſc.* Maxima eleganſque hæc pyralis. *Alæ ſuperiores* ſtrigis tribus, prima

alba nigraque, ſecunda nigra albaque, tertia albida; inter primam & ſecundam punctum minimum flaveſcens, dein macula concolor in parte ſuperiori prothyride cincta. Margo omnium alarum fuſco-punctatus. *Inferiores* ſtrigis curvis parallelis undulatis.

Fuſcalis. 824. P. P. (la brune) palpis fere porrectis, alis obſcuriſſimis, maculis luteis paſſim ſparſis.

*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum haud frequens.

*Deſc.* Magnitudine media. *Alæ ſuperiores* infumatæ, minime triſtes, maculis aliis albidis, aliis luteis ſparſis. *Subtus* alæ poſticæ griſeæ.

Faſcialis. 825. P. P. (la faſciée) palpis curvis, alis griſeo-margaritaceis, tribus faſciis anguloſis. *t.* 6. *f.* 28.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* An pyralibus adnumerarem diu hærui, nam ſtructura noctuæ, ſed palpi a noctuarum conſortio removent. *Alæ ſuperiores* lucido-griſeæ, faſciis tribus anguloſis, fuſco viridibus; prima fere marginis interioris medium tangit; ſecunda, quæ in medio emarginata, margini poſteriori parallela eſt; tertia marginem exteriorem tangit; in hac parte alis concolor, ſed deſinit in ſtrigam tranſverſ.m viridi-oblitteratam. *Alæ inferiores* flaveſcentes, ſtriga fuſca. *Subtus* omnes flavæ, punctis aliquot fuſcis.

Centralis. 826. P. P. (la centrale) alis albis, macula centrali ferruginea.

*Hab. in* Europa. In Gallia prope Lugdunum frequens.

*Deſc.* Inter medias minor. *Alæ ſuperiores* albæ, macula ferruginea in medio. Margo poſticus maculæ concolor.

Ferruginalis. 827. P. P. (la rouillée) palpis porrectis, alis ſuperioribus ferrugineis, macula fuſca.

*Hab. in* Europa. Prope Lugdunum.

*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* ferrugineæ, macula centrali fuſca. *Inferiores* ſupra griſeæ, infra albidæ, puncto fuſco.

Striatalis. 828. P. P. (la ſtriée) palpis curvatis, alis ſuperioribus luteolis, longitudinaliter ſtriatis, ſtrigis duabus fuſcis tranſverſalibus.

*Hab. in* Europa. Nobis miſſa.

*Deſc.* Parva, faſciis duabus fuſcis ex punctis fuſcis conflatis. *Alæ inferiores* fuſcæ.

Aſperalis. 829. P. P. (la chagrinée) alis fuſcis, albido marmoratis, punctis nigris plurimis elevatis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Magnitudo media. *Palpi* porrecti. *Alæ ſuperiores* fuſcæ, albido faſciatæ, plurimis punctis aſperis nigriſque irroratæ. *Inferiores* fuſco-griſeæ.

Enſalis. 830. P. P. (l'armée) ſubferruginea, palpis latiſſimis, porrectis, thorace longioribus, enſiformibus.

*Hab. in* Gallia Auſt. rarior.

*Deſc.* Phal. *farinalis* magnitudo. *Corpus* argenteum. *Palpi* lati, hirſuti, enſiformes.

Tertialis. 831. P. P. (la ternée) nigra, albido dimidiata, maculis tribus fuſcis.

*Entom. pariſ.* 15 ?

*Hab. in* quercu.
*Deſc.* De ſynonymia dubito. In hiſt. inſ. pariſ. *D. Reaum. t.* 40. *f.* 9. citatur quæ phal. certe pyralis eſt.

Rubralis. 832. P. P. (la rouge) rubra, alis inferioribus macula triangulari, lineari, albida.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.
*Deſc.* Statura & facies pyr. *purpuralis.*

Palealis. 833. P. P. (la paillette) alis ſuperioribus pallidiſſime flavis, 12 punctis fuſcis.
*Hab. in* Europa. In Breſſia prope Lugdunum.
*Deſc.* Majuſcula. *Palpi* breves porrecti. *Alæ omnes* infra fere albidæ.

Pulchralis. 834. P. P. (la belle) nivea, faſciis duabus auratis. *t.* 6. *f.* 29.
*Hab. in* Europa. In Occitania.
*Deſc.* Primo intuitu tinea, ſed alæ pyralidis. *Alæ ſuperiores* niveæ, faſcia prima fere in medio, altera marginali, in medio emarginata. *Superiores infra* fuſcæ.

Stigmatalis. 835. P. P. (les ſtigmates) alis pallide flavis, maculis fuſcis ſtigmatiformibus.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis.
*Deſc.* Maculæ, lente obſervatæ, ut in phalænis ruſticis.

Parallelalis. 836. P. P. (les paralleles) alis fœminæ ſuperioribus luteſcentibus, maris griſeis, omnibus infra ſtrigis 4 parallelis *t.* 6. *f.* 30.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ nemoribus.
*Deſc. Fœmina* magna. *Alæ ſuperiores* luteſcentes, ſtriga alba fuſco marginata. Omnes *infra* nigricantes, ſtrigis 4

curvis parallelis, quarum ſuperior nigra, ſecunda alba, tertia nigra, quarta alba. Albedo roſeo tincta. *Mas* multo minor. *Alæ ſuperiores* fuſco-griſeæ. *Subtus* ſtrigæ remotiores minuſque diſtinctæ.

*Obſ.* 1. Pyralidum alarum ſtructura a lineis tortricibuſque removet. Licet nomen hujus generis ad tortrices applicaverit *D. Fab.* genus tamen ſeparavit ſub nomine phalænarum *alis forſicatis*, ſed more *Linnæi* nominavit.

*Obſ.* 2. *Pyralides.* Alæ leniter deflexæ, quarum latitudo ſumma eſt dimidia longitudinis; ab hoc autem puncto ducatur linea recta ad angulum poſticum aliaque oppoſita ab angulo poſtico ad apicem, ſic triangulum rectum aut quaſi rectum exſurget. Has notas ſequentibus celeb. *Linn.* adde. *Alis conniventibus in figuram deltoideam forſicatam.*

## *6* TINEÆ.

Sociella. 837. P. T. (l'aſſociée) alis oblongis cinereis, antice albidis, poſtice ſtriga pallida.

*Clerck phal.* t. 3. *f.* 11.

*Fab.* tin. 3. alis oblongis, cinereis, antice albidis, poſtice pallidis, ſtriga undata nigra.

*De Geer tom.* 2. *p.* 466. alis convolutis cinereis, antice albidis, poſtice ſtriga pallida.

*Hab. in* favis apis *lapidariæ*, quos móre phal. *cereanæ* & *meſomellæ* deſtruit.

*Puppæ* pallidæ intra rete album, oblongum, tenaciſſimum, plures ſimul.

Phalæna *tineis fere major.* Antennæ *longitudine fere corporis.* Alæ ſuperiores

*purpuraſcenti - canæ , ſtriga tranſverſa dentata , & poſtice fuſcæ.* Inferiores *ſubtus canæ cum ſtriga fuſca denticulata, verſus poſtica ſita. Pedes* ſpinoſi.

Collonella. 838. P. T. ( la Colonie ) alis oblongis cinereis , punctis duobus atris ante ſtrigam curvam undulatam obſoletam. *

*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 8.

*Fab.* tin. 2.

*De Geer tom.* 2. *p.* 467. alis convolutis achatinis , ſtrigis duabus undatis punctoque centrali nigris.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc. Palpi* duo prominentes , diſtantes , ut in antecedente. *Alæ* ſupra canæ , parum nebuloſæ. Punctum parvum nigrum in medio alæ exterioris utrinque. *Alæ inferiores* caneſcentes , non nebuloſæ. *Scutellum* quaſi lunula cinctum. *Lingua* ſpiralis breviſſima. *Syſt. Faun.* 1358.

*Obſ.* Major. Striga curva undulata in alis ſuperioribus , ſed ſæpe omnino oblitterata. V.

Puſiella. 839. P. T. ( la mignone ) alis ſuperioribus albis , punctis lineaque communi longitudinali dentata atra ; inferioribus nigris.

*Fab.* tin. 8.

*Sulz. inſ. t.* 23. *f.* 9.

*Hab. in* Germania. *D. Forſchæl.* In Gallia Auſt. V.

*Obſ.* Affinis phal. tineæ *ſequellæ* , ſed aliter colorata corpuſque luteum. V.

Statura *phal. tin.* Evonymellæ. Alæ *fuſcæ , ſed* ſuperiores *ſupra niveæ , faſcia longitudinali atra obtuſe dentata , præter puncta varia.*

Pulchella. 840. P. T. ( l'élégante ) alis albis, ſuperioribus nigro ſanguineoque punctatis, inferioribus margine poſtice nigris.
*Scop. carn.* 514.
*Pet. gaz. t.* 3. *f.* 3.
*Fab.* bomb. 142.
*Cramer. inſ.* 10. *t.* 109. *f. E. F.*
*Schæff. icon. t.* 122. *f.* 1.
*Hab. in* Europa Auſtrali. In Mauritania. *Brander.* Rariſſima prope Lugdunum, ſed frequens circa Nemauſum in agris quieſcentibus. V.
Similis *tineæ* Evonymellæ, *ſed duplo major, pulcherrima.* Alæ ſuperiores *ſupra punctis rubris & nigris ſparſis mixtis, margo ſuperiorum poſticus nigro punctatus.* Subtus *albæ nigro punctatæ, macula anteriore nigra minore; poſteriore majore tranſverſe cincta maculis rubris confluentibus.* Inferiores ſupra *albæ, lunula nigra centrali & limbo poſtico nigro.* Subtus *albæ, maculis nigris variis.* Thorax *flavicans, tectus valvulis duabus baſeos & ſolitariis lateralibus, in quibus ſimul puncta* 8 *nigra.* Abdomen *album, lateralibus ordine punctorum nigrorum.* Antennæ *ſetaceæ, fuſcæ.* Lingua *luteſcens.*
*Obſ.* Sedens ſ. quieſcens, alas minime convolutas, ſed planiſſimas gerit. *Scop.* Hæc obſervatio opinionem celeb. *Linn.* non mutavit, inter tineas reliquit & jure: nam poſt volatum fere ſemper alis convolutis quieſcit. V.

---

Larvæ *a puchella in cratægellam vivunt in ſocietate, conjuncti in retia membranacea neni, nec cucullo occultantur uti tineæ plereque; alis expanſis declaratæ obambulant contra morem gentis tinearum; ſed proprius his character etiamnum deficit.*

Evonymel-la. 841. P. T. (du fuſain) alis ſuperioribus albis, punctis 50 nigris inferioribus fuſcis. *.

*Geoff. pariſ.* 183. *n.* 4.
*Scop. carn.* 631.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 16.
*Merian. inſ.* 2. *t.* 2.
*Alb. inſ. t.* 60. *f. A. C.*
*Raj. inſ.* 197.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 13. *f.* 12, 13.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 8.
*Wilk. pap.* 4. *t.* 1. *a* 6.
*Sulz. inſ. t.* 16. *f.* 99.
*Fab.* tin. 6.
*Faun. Fridr. n.* 487.
*Hab. in* evonymo, pado, ſorbo, &c.
*Larva* nuda, flava, nigro-punctata ſub tentoriis communibus.
*Puppa* folliculata, brunnea. *Fab.*
*Varietas* major Americana, punctis paucioribus majoribus in *muſ. D. Yéats* F.
*Deſc.* Extus tota nivea. *Alæ ſuperiores* punctis atris 4 aut 5 ordinum longitudinaliter digeſtis. *Caput* & *thorax* etiam punctis nigris adſperſa. *Alæ ſuperiores* ſubtus, ut & *inferiores* utrinque plumbeæ ſive fuſcæ. *Venter* ſubtus albus, ſupra niger. *Os* proboſcide ſpirali. *Antennæ* ſetaceæ. *Pedes* ſpinoſi. *Faun.* 1363.

Pedella. 842. P. T. (du prunier à grappe) alis ſuperioribus lividis, punctis 20 nigris, inferioribus fuſcis. *.

*Scop. carn.* 632.
*Friſch. inſ.* 5. *t.* 16?
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 12. *f.* 5.-9.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 7.
*Wilk. pap.* 4. *t.* 1. *a.* 6?
*Harriſ. inſ.* 7. *t.* 3. *f. k.-m?*
*Fab.* tin. 7.

*De Geer tom.* 2. *p.* 479. *t.* 10. *f.* 14.–16. alis cinereis, punctis 20 nigris.
*Faun. Fridr. n.* 488.
*Schæff. icon. t.* 145. *f.* 2, 3.
*Hab. in* arboribus Pomonæ. In Gallia Auſt. multo rarior præcedente, alis ſuperioribus cinereis punctiſque nigris majoribus. V.
*Larva* nuda, griſea, ſegmentis utrinque puncto atro, ſub tentoriis, uti præcedentis.
*Puppa* folliculata, flavicans. *Fab.*
Simillima *phal.* Evonymellæ, *ſed ſupra minus alba fereque plumbea, punctis nigris paucioribus.* Palpi *magis prominentes, ut fere bicornis.*

Sequella. 843. P. T. (la ſinuée) alis ſuperioribus albis, linea communi ſinuato-repanda maculiſque lateralibus nigris. *
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 14.
*Fab.* tin. 9.
*Hab. in* Europa. In echio Galliæ Auſt. V.
*Deſc.* Statura duarum præcedentium. *Caput, thorax, abdomen* & *femora* alba. *Alæ ſuperiores* niveæ: vitta dorſalis longitudinalis communis atra, baſi bifida, lateribus varie ſinuata; maculæ laterales nigræ, ſubcruciatæ, variæque figuræ. *Tibiæ* anticæ fuſcæ. *Antennæ* nigræ, albo annulatæ, uti etiam plantæ. *Faun.* 1365.
*Obſ. Alæ ſuperiores* ſubtus fuſcæ. *Inferiores* utrinque nitido-niveæ. V.

Cratægellæ. 844. P. T. (de l'aliſier) alis albidis, faſciis duabus tertiaque terminali nigricantibus.
*Hab. in* oxyacantha, vivit in ſocietate ſub rete membranaceo. *Filius.* In Galliæ Auſt. umbraticis. V.

*Magnitudo* tapezellæ, *fere alba atomis cinereis*, *faſciæ* 2 *fuſcæ*, *æquales*, *tranſverſæ*, *tertia in apice alarum curvata.*

Irrorella. 845. P. T. (la piquée) alis luteis, ſuperioribus punctis nigris trifariis. *
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 5.
*Fab.* tin. 11.
*Sulz. inſ. t.* 23. *f.* 10.
*De Geer tom.* 2. *p.* 342. *t.* 5. *f.* 12. antennis pectinatis, alis deflexis rotundatis, luteis, nigro punctatis, abdomine nigro, apice flavo.
*Hab. in* Europa. Non rara in Delphinatu prope Lugdunum, in nemoribus vulgo *bois de Corbac.* V.
*Deſc. Corpus* nigrum. *Alæ* majuſculæ, luteæ, punctis nigris, æqualibus, diſtinctis ſparſis, ſed triplici ordine digeſtis: in primo ordine puncta 3; in ſecundo 4; in tertio, qui marginis poſtici, 5 puncta nigra. Tin. *lutarella* major. *Antennæ* ſubpectinatæ. *Os* fere elingue. *Anus* fuſcus. *Faun.* 1361.
*Obſ.* Color poſt mortem ſæpe mutat. Secundi ordinis puncta aliquoties quinque, tertii ordinis ſæpe duo. V.

Lutarella. 846. P. T. (la jaune) alis corporeque luteis, immaculatis. *
*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 9.
*Fab.* tin. 13. alis ſupra luteis, immaculatis, ſubtus fuſcis.
*Schæff. icon. t.* 266. *f.* 1, 2?
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſylvis. V.
*Deſc.* Magnitudo & ſtatura phal. tin. *padellæ* aut *phryganeæ*, ſed magis anguſta. *Corpus* totum, exceptis oculis, antennis & anterioribus pedibus a latere

interiore nigris, luteum. *Alæ ſuperiores* convolutæ; ſubtus nigræ; *inferiores* ſupra nigræ. *Faun.* 1360.

*Obſ. Palpi* porrecti breviſſimique ſunt. Color alarum mire variat. Raro omnino luteæ. V.

Meſomella. 847. P. T. (la Méſomelle) alis ſupra albidis, ſubtus luteis, interne nigris. *

*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 14.

*Fab.* tin. 14. alis anticis pallidis, margine flavo punctiſque duobus fuſcis.

*Hab. in* gramine. *Ibid.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* magnitudo tin. *irrorellæ* ſimiliſque phal. *complanatæ*, ſed thorax luteus alæque convolutæ. *Corpus* luteum. *Alæ ſuperiores* glaucæ ſ. cinereo exalbidæ, margine flavo: in medio ad marginem exteriorem punctum nigricans & ad marginem tenuiorem medium punctum vix conſpicuum; alarum paginæ occultatæ fuſcæ ſunt. *Faun.* 1362.

Oxyacanthella. 848. P. T. (de l'aliſier-aubepin) alis fuſco-nebuloſis ſtriga albida, margine poſtico albo.

*Fab.* tin. 15.

*Hab. in* cratægo oxyacantha. *D. Blom.* In Gallia Auſt. V.

Alæ *fuſco-nebuloſæ*, *ſtriga media vel potius poſtica luteo-albida*, *undulata. Margo poſticus*, *imprimis inferiorum*, *ciliis albis.*

Pinetella. 849. P. T. (du pin) alis ſuperioribus flavis, maculis duabus argenteis, anteriore oblonga, poſteriore ovata. *

*Clerck. phal. t.* 4. *f.* 15.

*Scop. carn.* 622.

*Fab.* tin. 16.

*Hab. in* pinetis Europæ. Certe larva in aliis arboribus vivit; nam legi in regionibus a pinis longe remotis. V.

*Deſc.* Media. Simillima tin. *paſcuellæ. Alæ ſuperiores* luteæ: macula argentea fere longitudinalis, interrupta in duas, quarum prior oblonga, baſi anguſta, poſterior fere rhombea margine ſaturatius teſtaceo. *Inferiores* albidæ, ſubtus omnes fuſceſcentes. *Faun.* 1368.

Paſcuella. 850. P. T. (des pâturages) alis ſuperioribus pallidis linea maculiſque duabus oblongis albiſſimis. *

*Scop. carn.* 621.

*Fab.* tin. 18. alis cinereis, linea albiſſima, margine poſtico nigro punctato.

*Faun. Fridr. n.* 490.

*De Geer tom.* 2. *p.* 465?

*Hab. in* paſcuis. In Galliæ herbidis. V.

*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* flavicantes; linea albo-argentea, lata, lanceolata, longitudine fere alæ; ad hujus apicem utrinque macula oblonga utrinque acuta; ante apicem lineolæ duæ, obliquæ. *Inferiores alæ* albidæ; ſubtus omnes fuſcæ. *Faun.* 1367.

*Obſ.* Vera Lin. tinea *paſcuella* præcedenti ſimilis, ut in deſcriptione narratur. Sed deſc. *D. de Geer.* diverſa. An eadem eſt? V.

Pratella. 851. P. T. (des prairies) alis ſuperioribus albidis, linea albiſſima poſtice ramoſa, apice ſtriis obliquis. *

*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 14.

*Fab.* tin. 16.

*Faun. Fridr. n.* 491.

*De Geer tom.* 2. *p.* 464. alis convolutis argenteis, ſubtus griſeis.

*Hab.* cum præcedenti. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Si *alæ* probe inſpiciantur, quæ alias plumbeo-albæ, in his obſervatur linea argentea in medio, longitudinalis, pone emittens ramos ſimplices ſtriarum inſtar. *Faun.* 1369.
*Obſ.* Hæc ultima nota, ad diſtinguendam hanc tin. optima. Ut in præcedente, palpi porrecti ſunt thoraceque longiores: ne fidas numero linearum argentearum. V.

Culmella. 852. P. T. (des chaumes) alis ſuperioribus albidis excavato-ſtriatis, punctis nigris ſeptem ciliiſque nitentibus. *
*Scop. carn.* 630.
*Reaum. inſ. tom.* 1. *t.* 17. *f.* 13, 14.
*Raj. inſ.* 229. *n.* 106.
*Fab.* tin. 19. alis cinereis, linea unica albiſſima, abbreviata.
*Geoff. tom.* 2. *p.* 191. *n.* 22?
*Hab. in* paſcuis. *Ibid.* prope Lugdunum. V.
*Obſ.* In graminibus inſidet capite ſemper deorſum ſpectante uti duæ præcedentes.
*Deſc. Corpus* oblongum, lineare; *alis* circumvolutis albo-cinereis cum ſtriis concavis pallidioribus longitudinalibus, terminatis ciliis albis nitidiſſimis; intra harum ſtriarum fines & marginem punctorum nigricantium, minimorum ordo tranſverſus. *Pedes* ſpinoſi. *Faun.* 1370.

Rorella. 853. P. T. (la ciliée) alis albidis, ſtriis longitudinalibus variis ſtrigiſque duabus fuſcis.
*Hab. in* Italia. *Cyrillus.* In Gallia Auſt. non frequens. V.
Statura *phal.* culmellæ *ſ.* pratellæ. Palpi *ſetacei, porrecti, thorace longiores.* Alæ ſuperiores *ſtriga fuſca, altera in*

*medio, repanda; altera poſterior, rectiuſcula; ſtriæ longitudinales variæ; poſterius copioſiores; margo poſticus ciliis brevibus argenteis.*

Carnella. 854. P. T. (la rougie) alis flavis, lateribus ſangineis.
*Fab.* tin. 21.
*Schæff. icon. t.* 247. *f.* 2, 4.
*Sulz. inſ. t.* 3. *f.* 12.
*Hab. in* Luſitania. *Vandelli.* In Germaniæ pratis. *Fab.* Ubique in Galliæ Auſt. pratis. Variat margine fuſco vel albido. Affinis *ſemi-rubellæ. Scop.* 623. & forſan phal. *roſellæ. n.* 624. V.
Statura, *magnitudo & convolutio alarum ut in phal.* paſcuella, pratella, culmella. *Tota* lutea *eſt*, *ſed in convolutis alis latera longitudinalia* ſanguineo *colore picta, remanente tamen margine exteriore luteo, latius tamen luteo ad latus interius.* Palpi *adſcendentes.*

Nemorella. 855. P. T. (des forêts) alis albidis incurvatis, ſuperioribus puncto nigro. *
*Faun. Fridr. n.* 492.
*Hab. in* xyloſteo. *Clerck.* In Gallia circa Lugdunum. V.
*Deſc.* Similis quatuor præcedentibus: punctum ad marginem alæ exterioris interiorem. *Faun.* 1371.
*Obſ.* Color in noſtris cinereo-exalbidus. V.

Unguicella. 856. P. T. (la crochue) alis cinereis ſubfaſciatis, apice recurvato-acuminatis, margine exteriore poſtico tranſverſe albo-ſtriatis.
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 7.
*Fab.* pyr. 10.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Magnitudo muſcæ. *Antennæ* nigræ, filiformes. *Corpus* totum fuſco-nigricans. *Alæ ſuperiores* punctis lunulato-linearibus, tranſverſis adſperſæ; hinc ex albo & nigro quaſi undulatæ; apex alarum ſuperiorum ſive margo exterior & craſſior deſinit in unguiculum curvum ſive arcuatum ſurſum; margo alarum exteriorum craſſior magis niger, lineolis curvis albiſque pulchre variegatus. *Faun.* 1382.

Ramella. 857. P. T. (la ramifiée) alis cinereo-albidis, apice acuminatis, arcu communi fuſco.*
*Hab.* intra ramos quercus.
*Deſc.* Statura phal. *unguicellæ;* alarum apices ſimili modo excurrunt in dentem. *Superiores* cinereæ, macula ſaturatiore communi verſus baſin; *poſtice* alæ fuſceſcentes, margine craſſiore nigricante albo-ſtriato. *Faun.* 1376.

Salicella. 858. P. T. (du ſaule) alis cæruleſcenti-cinereis, latere dorſali punctis albidis, thorace criſtato. *
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 9.
*Wilk. pap.* 5. *t.* 1. *a.* 10.
*Fab.* tin. 27.
*Hab. in* ſalice, *tortrix. Ibid.* prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Media, magnitudine fere phal. *evonymellæ. Alæ ſuperiores* fuſco-nebuloſæ, dorſo albido; ad hujus albedinis latera punctum atrum in ſingula ala; ad apices maculæ nigricantes. *Thorax* criſtatus eſt. *Faun.* 1378.

---

Cuculliones *ſunt harum pleræque, quæ inſtar furum litteratorum malevolo dente rodunt aliena opera, ut ſibi opuſculum conficiant, ſub quo latitent.* Scop. 669.

*Obſ.* Vera tortrix ut celeb. *Linn.* indicavit. Inter tineas relicta, ne ordo ſyſt. ullo modo mutetur. V.

Cynosbatella. 859. P. T. (du roſier) alis griſeis, antice albidis, thorace criſtato. *
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 2. *f.* 6?
*Fab.* pyr. 74.
*Merian. Eur. t.* 28?
*Faun. Fridr. n.* 494.
*De Geer tom.* 1. *p.* 501. *t.* 34. *f.* 1.-5.
—— *tom.* 2. *p.* 486.
Vel potius. *t.* 2. *p.* 485. *n.* 4. ut obſervavit. *D. Retzius*, dimidio alba, ſpirilinguis, antennis filiformibus; alis pendentibus, dimidiato-fuſcis albiſque, thorace criſtato.
*Hab. in* roſæ gemmis. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* fuſco-cinerafcente nebuloſæ, poſtice albidæ, ſed ipſo apice cineraſcente; ad angulum ani punctum nigricans in pleriſque. *Faun.* 1379.
*Obſ.* Sæpe duo puncta ad angulum ani. V.

Fœnella. 860. P. T. (de l'herbe) alis fuſcis, maculis albiſſimis, anteriore falcata, poſteriore reniformi. *
*Clerck. phal. t.* 2. *f.* 13.
*Fab.* tin. 29.
*Faun. Fridr. n.* 517.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Magnitudo phal. *cynosbatellæ. Alæ ſuperiores* fuſcæ; macula anterior major, alba, curva, anteriore apice tangens marginem interiorem, altero medium alæ; macula altera alba ad angulum ani. *Faun.* 1375.
*Obſ.* Noſtra minor tin. *cynosbatella.* V.

Veſtianella.

Veſtianella. 861. P. T. (la fripiere) alis cinereis coſta albis, apicibus adſcendentibus plumoſis, palpis recurvatis. *
*Scop. carn.* 669.
*Fab.* tin. 32.
*Hab.* in veſtimentis quæ deſtruit. Ingenii ejuſdem, quo impudens compilator. *Scop.*
Alæ *lanceolatæ, glaucæ atomis nigris, coſta marginali nivea.* Inferiores *ſubulatæ, plumbeæ, utrinque latiſſime ciliatæ.* Palpi *prominentes, recurvi.* Antennæ *breviores, albo annulatæ.*

Tapetzella. 862. P. T. (la tapiſſiere) alis nigris poſtice albidis, capite niveo. *
*Clerck. phal. t.* 11. *f.* 12.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 20. *f.* 2.-4.
*Raj. inſ.* 204. *n.* 98.
*Fab.* tin. 30.
*Geoff. hiſt. inſ. pariſ. n.* 13. & 14.
*Faun. Fridr. n.* 503.
*Hab. in* tapetibus, pellibus, intra cylindros meatus rodens.
*Deſc.* Larva facit cucullos cylindraceos e villis, quos rodit; hinc hi cuculli gaudent eodem colore ac veſtimenta, quæ conſumit, ſi hæc variegata ſunt, fit & cucullus variegatus; incedit cauda elevata, quam tegit cucullus, in quo ſe recondit terrefacta; cum creſcat quotidie craſſitie, evadit & quotidie cucullus anguſtior, hinc a latere diſſecatur & lacinia nova ampliatur, hinc ſi varie coloratas veſtes illi objicias, variegatus erit cucullus inſtar hiſtrionis. *Tota* oblonga, anguſta, verſus apicem alæ elevatæ. *Caput* album. *Alæ ſuperiores* nigræ, ſed a medio ad apicem albæ, albedine

punctis vix conſpicuis fuſcis parum inquinata. *Alæ inferiores* cinereæ. *Corpus* & *artus* nigra. *Antennæ* ſetaceæ. *Faun.* 1414.

Pellionel- 863. P. T. (la pelletiere) alis canis medio
la. puncto nigro, capite ſubgriſeo.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 6. *f.* 12–16.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 17.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 184. *n.* 6.
*Fab.* tin. 31.
*Faun. Fridr. n.* 504.
*Geoff. inſ. pariſ.* 8?
*Hab. in* veſtimentis piloſis, quæ miſere devaſtat, intra cucullum latitans.
*Larva* albicans, linea dorſali rubra.
*Puppa* flaveſcens. *Fab.*
*Deſc.* Minor. *Alæ ſuperiores* griſeæ, nitidæ, puncto fuſco in medio. Frequentius in domibus volitat: ab omnibus cognita eſt. V.

Sarcitella. 864. P. T. (la mineuſe) alis cinereis, thorace utrinque puncto albo. *
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 6. *f.* 9, 10.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 17.
*Fab.* tin. 33.
*Hab. in* veſtimentis quæ miſere deſtruit, intra folliculum occultata.
*Deſc.* Parva eſt. *Alæ* cinereæ. *Abdomen*, *pedes*, *caput* & *tota* pars inferior albida, ad ſolem inſtar metalli nitens. *Antennæ* breviores. *Oculi* nigri. *Faun.* 1416.

Niſella. 865. P. T. (la découpée) alis ſuperioribus cinereo-nebuloſis, macula communi ovata nigra. *
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 6.
*Scop. carn.* 634.

*Hab. in* Europa.
*Deſc. Antennæ* breviores. *Alæ ſuperiores* cinereæ, fuſco-variegatæ, macula medii marginis interioris nigra, lanceolata, poſtice anguſtiore, quæ cum oppoſita conſtituit ovatam; margo poſticus punctis nigris. *Inferiores* livide cinereæ, diaphanæ, immaculatæ. *Faun.* 1377.

Mellonella. 866. P. T. (du miel) alis canis poſtice purpuraſcentibus ſtriga alba, ſcutello nigro apice candido.
*Swamm. bibl.* 1. *t.* 26. *f.* 2.
*Ræſ. inſ. app.* 242. *t.* 41.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 19. *f.* 7.-9.
*Fab.* tin. 36.
*Hab. in* apum alvearibus, angiportus favos penetrantes ſtruens, uti *cereana* & *ſociella.*
*Larva* nuda, 16 poda, griſea capite brunneo.
*Puppa* folliculata, brunnea. *Fab.*

Cucullatella. 867. P. T. (le capuchon) alis albido-cinereis, antice ſtriga nigra recurvata. *
*Ræſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 11.
*Fab.* tin. 38. alis argenteis, arcu dorſali fuſco.
*Geoff. inſ. pariſ.* 53. An?
*Hab. in* ſorbo, intra folliculum conicum piloſum. In Gallia Auſt. A forma cuculli nomen ſumptum. V.
*Larva* piloſa, 14 poda, fuſca, dorſo albo maculato.
*Puppa* folliculata, obtuſa, fuſca. *Fab.*
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* pallide caneſcentes: antice arcu nigro recurvo notatæ; dein duabus tribuſque ſtrigis fuſcis albidiſque undatis. *Inferiores*

albicantes. *Subtus* obſcure cineraſcentes, puncto centrali in inferioribus. *Faun.* 1384.

*Obſ.* Strigæ ſunt ſæpe oblitteratæ, arcu igitur agnoſcenda. V.

Granella. 868. P. T. (des greniers) alis albo nigroque maculatis, capite albo. *

*Leuw. epiſt.* 1692. *mart.* 7.

*Roeſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 12.

*Reaum. inſ.* 3. *t.* 20. *f.* 14.-16.

*Baker. microſc. t.* 13. *f.* 13.

*De Geer Act. Stockh.* 1746. *p.* 48.

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 186. *n.* 11.

*Fab.* alucita 10.

*Hab. in* frumentorum granariis, femina rodens conglomeranſque, hyeme parietes adſcendens. In Galliæ domibus. G. V.

*Larva* 16 poda, nuda, alba, capite brunneo.

*Puppa* folliculata, attenuata. *Fab.*

*Deſc.* Parva. *Alæ ſuperiores* lividæ, maculis nigris albiſque, ita ut albæ maculæ ſ. lituræ ſemper nigræ approximatæ. *Inferiores* plumbeæ, margine tenuiore ciliatæ. *Frons* albis villis. *Oculi* nigri; pone oculos lineola ſ. punctum atrum ad exortum alarum. *Faun.* 1413.

Lapella. 869. P. T. (de l'arction) alis pallidis puncto nigro, apice adſcendentibus. *

*Clerck. phal. t.* 11. *f.* 15.

*Act. Stockh.* 1752. *p.* 66.

*Fab.* alucita 12.

*Faun. Fridr. n.* 510.

*Hab. in* arctii capitulis, intra ſemina. *Renſtrom.*

*Larva* hexapoda uti *proletellæ.*

*Deſc.* Magnitudo phal. *tapezellæ. Alæ* oblongæ, pallide teſtaceæ ſ. flavicantes, poſtice paullo latiores, atomo uno alterove nigro adſperſæ. *Antennæ* breviores. *Palpi* adſcendentes. *Faun.* 1425.

Proletella, 870. P. T. (la féconde) alis albidis punctis duobus fuſcis, lingua inflexa. ✝
*Valliſ. nat.* 1. *p.* 372. *t.* 379.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 25.
*Hab. in* braſſica, chelidonio, *an etiam in* quercu? *Parit quotannis* 200000 *ſoboles; dum* 12 *progenies ponant* 12 *ova ſingulæ.*

Arbutella, 871. P. T. (de l'arbouſier - buſſerole) alis ſanguineis, faſciis argenteis tenuiſſimis. *
*Fab.* tin. 39. alis ruſis, ſtrigis argenteis, intermediis bifidis.
*Faun. Fridr. n.* 496.
*Hab. in* uva urſi. In Gallia Auſt. In monte vulgo *Pila.* V.
*Deſc.* Magnitudo culicis, ſtatura noctuæ *Alæ ſuperiores* fuſco-reticulatæ ſ. nebuloſæ, colore ruſo ſ. ferrugineo. *Inferiores* glauceſcentes, margine ciliar ruſo. *Faun.* 1385.

Teſſella. 872. P. T. (la marquetée) alis nigris, faſciis duabus albis remotiſſimis teſſellatis. *
*Fab.* tin. 40.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* E maximis hujus ordinis hæc eſt; tota nigro-fuſca; faſcia alba linearis duplex alas ſuperiores ſecat, quarum altera juxta baſin, altera verſus alarum apicem; harum ſingula alba eſt, ſed maculis parvis nigricantibus quaſi teſſellata. *Faun.* 1430.

*Obſ.* Ad agnoſcendam hanc tineam, nec colorem nec magnitudinem nimium conſulas. Noſtra ſpecimina, licet magna, minime maxima ſunt. Color griſeus; ſed maculæ punctaque ut in *Faun.* deſcriptione. V.

Vitella. 873. P. T. (la bandelette) alis cinereis, vitta dorſali communi nigra, margine poſtico atro-punctato. *

*Clerck. t.* 3. *f.* 10. Error typographicus in citatione. *Syſt.*

*Fab.* alucita 7. alis cinereis, vitta dorſali margineque poſtico nigris.

*Hab. in* Europa. In Gallia prope Lugdunum frequens. V.

*Deſc.* Magnitudo cedit phal. *padellæ.* *Alæ ſuperiores* vix nebuloſæ: linea obſoletior nigra, in medio alba & brevis in ejus apice. Margo poſticus punctis nigris minutis, linea nigricans, excavata, in ipſo apice alæ, ut in phal. *chenopodiata. Faun.* 1366.

Uſtella. 874. P. T. (la brûlée) alis ſuperioribus margine inferiore longitudinali cinereo. *

*Clerck. phal. t.* 3. *f.* 13.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. prope Nemauſum. V.

*Deſc. Antennæ* corpore dimidio breviores. *Alæ ſuperiores* nigræ, margine exteriore lato, longitudinaliter cinereo. *Faun.* 1434.

*Obſ.* Minor imagine *D. Clerck.* Aliterque picta; nam lineæ nigræ tenuiores in parte cinerea ſunt, ſed a nigredine alæ ſeparatæ. V.

Parenthe-ſella. 875. P. T. (la parentheſe) alis ſuperioribus teſtaceis, linea longitudinali albida, *

*Fab.* tin. 43.
*Hab. in* Europa. In Breſſia prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Magnitudo culicis. *Alæ* circum corpus convolutæ, anguſtæ, teſtaceæ: ſingulis linea alba longitudinalis a baſi ad medium excurrens, ut inſectum linea utrinque alba notatum adpareat. *Pedes* longitudine corporis. *Faun.* 1435.
*Obſ.* Tenella eſt hæc phal. pallideque teſtacea. Nomen a linearum ſitu & non a forma. V.

Elongella. 876. P. T. ( l'alongée ) alis linearibus teſtaceis, antennis mediocribus. *
*Fab.* tin. 44.
*Faun. Fridr. n.* 514.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Magnitudo culicis. *Alæ ſuperiores* luteo-teſtaceæ, lineares, margine interiore longitudinaliter piloſiſſimæ. *Inferiores* albidæ, ſubulatæ, utrinque ciliato-villoſæ. *Antennæ* longitudine corporis. *Faun.* 1436.
*Obſ.* Præcedenti paullo longior. V.

Punctella. 877. P. T. ( la ponctuée ) alis ſuperioribus linearibus teſtaceis, punctis 4 fuſcis. *
*Fab.* tin. 46.
*Faun. Fridr. n.* 415.
*Hab. in* pomariis. Sedens apicibus alarum innititur. *T. Bergmann. Ibid.* In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Simillima præcedenti, ſed *Alæ ſuperiores* notatæ punctis quatuor fuſcis, æquali ſpatio remotis. *Faun.* 1437.
*Obſ.* Primo intuitu phryganea videtur. Alis luteſcentibus capiteque luteo. V.

Bicoſtella. 878. P. T. ( la double côte ) alis lanceolatis cinereo-albidis, coſta longitudinali fuſca, margine niveo. *
*Clerck. phal. t. 3. f.* 15.
*Scop. carn.* 642.
*Fab.* tin. 42. alis cinereis, vitta fuſca, palpis porrectis, antennis piloſis.
*Hab. in* Europa. Frequens in Breſſiæ nemoribus. V.
*Deſc. Palpi* fuſci, longi. *Antennæ* corpore dimidio breviores. *Alæ* albidæ: linea longitudinalis fuſca margini albo adnata. Puncta 2 ſ. tria nigra minima juxta lineam fuſcam in diſco. *Faun.* 1438.
*Obſ.* Subtus modo nivea, modo fuſca. V.

Tetrapodella. 879. P. T. ( l'eſtropiée ) griſea, linea longitudinali nivea, lunula fuſca poſtice diſſecta.
*Hab. in* ceraſo; quieſcens pedibus 4 innititur, poſticis occultatis.
*Linea alba a fronte per dorſum ducta, poſtice lunula interrupta.*

Xyloſtella. 880. P. T. ( du chevre-feuille des buiſſons ) alis cinereo-fuſcis, vitta dorſali communi, albo-flaveſcente abbreviata. *
*Ræſ. inſ.* 1. *t.* 10.
*Fab.* alucita 1.
*Geoff. inſ. pariſ. tom.* 2. *p.* 195. *n.* 25.
*Hab. in* lonicera xyloſteo, in cheiranthi floribus. *Kækeritz.*
*Sedens fuſca, ſed tenia communi alba flaveſcens ab apice roſtri ad medium alarum. Apices* alarum *adſcendentes, hiantes.* Antennæ *recta protenſæ, diſtantes.*

Cinctella. 881. P. T. ( la Cordeliere ) alis nigris,

ſuperioribus faſcia lineari argentea tranſverſa. *
*Scop inſ.* 651. Phalæna *verticella.*
*Fab.* tin. 48. alis nigris, anticis ſtriga argentea.
*Faun. Fridr. n.* 495.
*Hab.* ne *in* populo? Sedens ſeſe circumgyrat ſæpius circa idem punctum. In Breſſiæ fruticibus prope Lugdunum. V.
*Deſc.* Magnitudo culicis. *Alæ ſuperiores* oblongæ, atræ; in medio faſcia nivea. *Inferiores* ſetaceæ, ciliares. *Antennæ* albo undulatæ. *Faun.* 1380.
*Obſ.* Minor culice in his regionibus. V.

Leucatella. 882. P. T. (la noire) alis nigricantibus, faſciis 2, poſteriore obſoletiore capiteque albis, palpis reflexis. *
*Fab.* tin. 49.
*Faun. Fridr. n.* 516.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ ſepibus. V.
*Deſc.* Media. *Antennæ* nigro-annulatæ. *Alæ ſuperiores* nigræ. Faſcia dorſi anterior alba, antice tranſverſa, poſtice rotundata; poſterior faſcia anguſta, alba, ſed commaculata. *Caput* totum niveum, uti etiam *palpi* coniformes, recurvi. *Faun.* 1444.
*Obſ.* Nigredo antennarum ſæpe vix conſpicua. V.

Cinerella. 883. P. T. (la cendrée) alis fuſco-cinereis, immaculatis, nitidulis, palpis cornuformibus. *
*Fab.* tin. 55. alis fuſco-cinereis, nitidulis, immaculatis.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* *Corpus* totum cinereum una cum alis. *Palpi* clavati recurvi, apice ſetacei.

*Obſ.* Oblongior præcedenti. Alæ omnino circumvolutæ.

Trigonella. 884. P. T. (le triangle) alis fuſcis, macula communi dorſali duplici alba trigona. *
*Fab.* tin. 57.
*Hab. in* juniperitis Europæ. *Ibid.* In Breſſia. V.
*Deſc.* Parva. *Alarum ſuperiorum* macula communis dorſalis alba, trigona, apice poſteriora ſpectante, quaſi ex duobus triangulis conſtructa, anteriore ſcilicet ad medium poſteriori immerſa. In phal. *capitella* vero hæc maculæ diſtinctæ ſunt. *Faun.* 1373.

Rhomboidella. 885. P. T. (la rhomboïde) alis fuſcis, macula rhombea nigra.
*Fab.* tin. 58.
*Hab. in* Europæ ſylvis. *Ibid.* In Gallia Auſt. V.
*Obſ.* In noſtris alæ fuſcæ, maculaque rhombea ſaturatior. V.

Tertianella. 886. P. T. (la fraction) alis cinereis, faſciis obſcurioribus ſeſquitertiis.
*Faun. Fridr. n.* 511.
*Hab. in* Europa.

Scabrella. 887. P. T. (la raboteuſe) alis albis, dorſo nigro-ſtriatis exaſperatis, palpis ſpinoſis. *
*Fab.* alucita 14. alis fuſco-cinereis, punctis nigris, elevatis, ſcabris.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Simillima ſequenti. *Alæ* oblongæ, ſtriatæ, ſtriis verſus marginem dorſalem nigris, ut margo dorſalis fere niger adpareat; at in hac parte eminent ſtriæ ſquamis erectis, ut hic valde ſcabra

paſſim evadat. *Inferiores* fuſceſcentes. *Antennæ* albæ, mediocres. *Palpi* porrecti & in horum dorſo ſpina. *Faun.* 1446.

Aſperella. 888. P. T. (la rude) alis albidis, macula communi fuſca, apicibus nigro punctatis, retuſis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Tota* Supra alba cum umbra griſeſcente in medio alarum; in medio tergi alarum macula communis rhombea, nigra, exaſperata ſquamis recurvatis. *Alæ inferiores* emarginatæ, lobo ſuperiore rotundato. *Antennæ* breviores. *Palpi* porrecti. *Faun.* 1447.

Serratella. 889. P. T. (du poirier) fuſca, tibiis poſticis corpore longioribus barbatis. *
*Hab. in* pyri foliis, intra cucullum criſtatum. *D. C. Solander.*
*Deſc. Tota* fuſco-nigricans, culice minor. *Antennæ* mediocres, albo annulatæ. *Alæ* abdomine longiores. *Pedes* poſtici ipſis alis longiores. *Tibiæ* hujus poſtice piloſæ, non vero *femora. Faun.* 1448.
*Obſ.* Licet parva ſit, *alæ* amplæ præſertim in parte poſtica. V.

Populella. 890. P. T. (du peuplier) alis caneſcentibus, fuſco nigroque nebuloſis, poſticis pilis flaveſcentibus. *
*Hab. in* populo. *J. Alſtroemer.*
*Statura* P. *mercurellæ.*
*Deſc.* Parva. *Antennæ* breves. *Alæ inferiores* plumbeæ. *Faun.* 1442.

Mercurella. 891. P. T. (l'alchimiſte) alis albido-cinereis, ſubfaſciatis, medio puncto albo ☿ cincto.*
*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Culice paullo maior. *Alæ* ſubcinereæ, ſtrigiis duabus repandis, remotis, fuſcis. Punctum vix conſpicuum nigricans in medio alæ. Ocellus niger pupilla alba ſ. 8 ſignum nigrum ad marginem exteriorem alæ, verſus poſteriora. *Faun.* 1441.

Pomonella. 892. P. T. (la fruitiere) alis nebuloſis, poſtice macula rubra aurea. *

*Friſch. inſ.* 7. *t.* 10.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 13.
*Reaum. inſ.* 2. *t.* 40. *f.* 9, 10.
*Wilk. pap.* 5. *t.* 1. *a.* 9.
*Fab.* pyralis 67.
*Faun. Fridr. n.* 505.
*Hab. in* Europa. In Gallia ubique. V.
*Larva* 16 poda, nuda, rufa, capite nigro.
*Puppa* folliculata, brunnea. *Fab.*
*Deſc.* Magnitudine phal. *evonymellæ.* *Tota* cinereo fuſcoque nebuloſa, dignoſcenda macula magna obſcura aureo lucente, ad poſteriora verſus angulum ani. *Faun.* 1418.

Strobilella. 893. P. T. (des pommes du ſapin) alis fuſcis argenteo-undatis, inferioribus fuſcis margine albo. *

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 10.
*Fab.* tin. 50.
*De Geer tom.* 2. *p.* 490. *n.* 9. *t.* 9. *f.* 15. alis deflexis, fuſcis, ſtrigis achatinis.
*Faun. Fridr. n.* 506.
*Hab. in* abietis ſtrobilis.
*Deſc.* Minuta. *Alæ* fuſceſcente griſeoque nebuloſæ, margine craſſiore pluribus ſtriis tranſverſis notatæ. *Inferiores* fuſcæ, margine poſtico & tenuiore albo. *Faun.* 1419.

Turionella. 894. P. T. (des bourgeons du pin) alis griſeo-albis nitidulis, thorace luteo. *
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 15.
*Faun. Fridr. n.* 507.
*Hab.* intra pini turiones. In pinis prope Lugdunum frequens. V.
*Deſc.* Magnitudo *evonymellæ. Alæ* ferrugineo-alboque nebuloſæ, albedine quaſi e variis inæqualibus faſciis argenteis connexa. *Faun.* 1420.
*Obſ.* Elegans phal. *Alæ ſuperiores* luteo-argenteoque mixtæ. V.

Dodecella. 895. P. T. (la 12 ponctuée) alis griſeis pallido faſciatis, punctis trium parium fuſcis. *
*Fab.* tin. 53. griſea, nigro punctata, alis pallido faſciatis, punctis trium parium fuſcis.
*De Geer tom.* 1. *p.* 498. *t.* 22. *f.* 22, 23. alis cinereis, faſcia, quatuor undatis fuſcis tuberculiſque ſex undatis nigris.
*Hab.* intra pini turiones. *Ibid.* In Gallia Auſt. V.
*Obſ.* Punctis ſeu faſciculis 12 facile dignoſcenda. V.
*Larva* 16 poda, lævis, ferruginea.
*Puppa* folliculata, conica, ferruginea. *Fab.*

Cembrella. 896. P. T. (du cembre) alis fuſcis, atomis albis irroratis. *
*Faun. Fridr. n.* 508.
*Hab. in* pino ſylveſtri, intra folliculum ſcabrum. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Minor muſca *domeſtica. Alæ* obtuſæ; faſciæ punctis albidis conſperſæ, unde cinereæ adparent. *Faun.* 1422.

Reſinella. 897. P. T. (de la réſine) alis fuſcis, faſciis cinereo-argenteis. *

*Friſch. inſ.* 10. *t.* 9.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 16.
*Fab.* pyr. 75.
*De Geer. tom.* 1. *p.* 473. *t.* 33. *f.* 11.-13.
—— *tom.* 2. *p.* 491. alis deflexis griſeis; faſciis maculiſque griſeis.
*Faun. Fridr. n.* 509.
*Hab.* intra reſinæ glomerem exſudantem e vulnere ramorum pini. *Ibid.* In Galliâ Auſt. V.
*Larva* 16 poda, nuda, luteâ, capite brunneo.
*Puppa* folliculata, fuſca. *Fab.*
*Deſc.* Simillima phal. *pomonellæ. Alæ* cinereæ, nigro tranſverſim undulatæ; albedo argentea adparet. *Faun.* 1423.

Tædella. 898. P. T. (du ſapin) alis fuſcis, faſciis tribus maculiſque totidem albis bifidis.
*Clerck. phal. t.* 10. 5. *f.* 13.
*Hab. in* abiete. *Claud. Alſtroemer.* In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Parva. *Alæ* breviores, obtuſiores: faſcia prima in baſi, tertia in medio alæ fracta; poſterius maculæ tres, albæ, bifidæ, quarum duæ ad marginem inferiorem. *Faun.* 1424.
*Obſ.* Similiter dignoſceretur his verbis; alis albidis, faſciis tribus maculiſque totidem fuſcis. V.

Juniperella. 899. P. T. (du genevrier) alis cinereis, ſtriga alba undulata punctiſque 4 nigris. *
*Hab. in* junipero, ramulos connectens. *C. Clerck.* In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Mediocris. *Alæ ſuperiores* cinereæ punctis nigris quatuor abſque ordine digeſtis; poſtice ſtrigâ alba undata,

margo poſticus punctis nigris ; *infe-riores* albidæ. *Faun.* 1449.
*Obſ. Antennæ* in noſtris ſpiciminibus albido-fuſcoque variegatæ. V.

Fuſcella. 900. P. T. ( la brune ) alis fuſco-cinereis, ſuperioribus punctis duobus anoque ſubtus macula nigris. *
*Fab.* tin. 54.
*Scop.* 626. an ?
*Hab. in* domibus.
*Deſc.* Litura etiam fuſca verſus angulum poſticum exterioremque alæ ſuperioris. *Faun.* 1339. & non 1349.

Minutella. 901. P. T. ( la pygmée ) alis nigricantibus, maculis tranſverſis ferrugineis. *
*It. Scan.* 216. phal. nigra maculis 4 tranſverſis ferrugineis.
*Fab.* tin. 63. alis atris, maculis duabus ferrugineis ſuboppoſitis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Magnitudo culicis, nigra. *Alæ ſuperiores* nigræ, maculis duabus ferrugineis, interiore paullo anteriore, unde compoſitis alis in tergo angulus ferrugineus apparet. *Faun.* 1440.

Corticella. 902. P. T. ( de l'écorce ) alis griſeis, margine aureo-punctatis, poſtice trilunatis.
*Hab.* intra corticem alarum viventium, imprimis pomiferarum.

Stipella. 903. P. T. ( la ſoufrée ) alis nigris, maculis 3 ſulphureis. *
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 5.
*Hab. in* Europa. *D. C. Solander.* In Braſſiæ umbraticis. V.
Alæ ſuperiores *nigræ, macula, ſulphurea ad baſin ; àlia in medio non tangens*

*marginem exteriorem; alia ante apicem non tangens marginem tenuiorem.*

Sylvella. 904. P. T. (des forêts) alis luteſcentibus; faſciis duabus ferrugineis obliquis.
*Fab.* alucita 4.
*Hab. in* Europa. Upſaliæ. *D. Fabricius.* In Breſſia prope Lugdunum V.
Corpus *ſubluteum.* Caput *barbatum.* Palpi *acuminati, ſubtus longius faſciculato-barbati.* Antennæ *mediocres, fuſcæ, pallido annulatæ.* Alæ ſuperiores *oblongæ, teſtaceo-flavæ, faſciis 2 obliquis a dorſo verſus poſteriora ductis; alæ poſtice adſcendunt.*

Gemmella. 905. P. T. (des bourgeons) alis nigro albo argenteoque nebuloſis, capite albo. *
*Clerck. phal. t.* 10. *f.* 10.
*Fab.* tin. 59.
*Hab.* intra quercus folia, ſubcutanea.
*Deſc.* Minuta, albicans, nigricante irrorata. *Alæ ſuperiores* faſcia fuſca recurvata, ad angulum ani litura fuſca. *Faun.* 1388.

Bractella. 906. P. T. (l'interrompue) alis nigris, macula marginali anticeque luteo-aureis. *
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 4.
*Fab.* tin. 56. alis nigris, macula baſeos faſciaque media interrupta ſulphureis.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. prope Lugdunum rarior. V.
*Deſc.* Magnitudo vix muſcæ. *Alæ* nigræ; ſuperiorum baſis ad ⅓ totius flava, macula flava ad marginem exteriorem verſus poſteriora. *Frons* flava. *Antennæ* breves. *Faun.* 1426.
*Obſ. Antennæ* nigræ, ante apicem albæ. *F.*

Ariſtella.

Ariſtella. 907. P. T. ( les barbes ) albida, alis linea argentea, palpis porrectis capite longioribus ariſtatis.
*Fab.* alucita 15.
*Hab. in* Luſitania. *D. Vandelli.* In Europa Boreali. *Fab.* Prope Lugdunum haud frequens. V.
Corpus *teres*, *lineare*, *alis convolutis albidum.* Linea *in medio alæ*, *longitudinalis*, *argentea.* Palpi *capite thoraceque duplo longiores*, *craſſi*, *hirſuti*, *porrecti*, *cum ariſta prope apicem.* Antennæ *palpis ſeſqui-longiores.*
*Obſ.* Minor ariſta palporum facile dignoſcitur. V.

Caudella. 908. P. T. ( l'appendice ) alis teſtaceis caudali linea fuſca, palpis porrectis.
*Fab.* alucita 16. alis ſubcaudatis teſtaceis, linea poſtica fuſca.
*Hab. in* Luſitania. *D. Vandelli.* In Europa Auſtraliori. *Fab.*
Corpus *teres, magnitudine phal.* paſcuellæ. Alæ ſuperiores *in medio linea longitudinali fuſca*, *hæ alæ poſtice caudatæ.* Palpi *ſupra baſin ariſtati.*
*Obſ.* Cauda in apice alæ ſuperioris. *Palpi* ariſtati ut in præced. V.

Capitella. 909. P. T. ( la ſydérocéphale ) alis nigris, maculis tribus flaveſcentibus, capite luteo. *
*Uddm. diſſ.* 79. phal. *naſuta*, alis aureo-fuſcis, faſciis argenteis, media interrupta.
*Fab.* tin. 60. alis fuſcis, maculis tribus flaveſcentibus, capite ferrugineo.
*Faun. Fridr. n.* 493.
*Hab. in* Europa. In Anglia. *Fab.* In Lugduni hortis lecta. V.

*Deſc.* Similis *bractellæ*, ſed caput lana helvola veſtitum. *Alæ ſuperiores* nigræ: in ſingulis maculæ tres albido-flaveſcentes, quarum prima coit cum oppoſita in faſciam exterius anguſtiorem; ſecunda ad marginem exteriorem; tertia ad marginem interiorem, coadunata cum oppoſita. Margo poſticus flaveſcens. *Faun.* 1374.

*Obſ.* nomen triviale inſufficiens ad hanc phal. determinandam; nam in noſtro muſæo reperiuntur *capitellæ* tineæ abſque macula ſecunda. An varietates, an ſpecies? Iis exceptis, *Faun.* deſcriptio convenit. V.

Porrectella. 910. P. T. (le muſeau) alis albicantibus, antennis porrectis approximatis longitudine corporis, palpis recurvis. *

*De Geer tom.* 1. *p.* 394. *t.* 26. *f.* 1.-16.

—— *tom.* 2. *p.* 494. *n.* 2. ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis anguſtis elevatis griſeo-albis, linea undulata fuſca.

*Hab. in* tetradynamiæ plantis variis. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Magnitudo culicis. *Tota* albicans, linearis. *Antennæ* longitudine corporis, albo annulatæ, porrectæ & in unam approximatæ. *Alæ inferiores* acuminatæ. *Faun.* 1443.

Pedella. 911. P. T. (la forte) alis ſuperioribus linearibus luteis, faſciis 3 fuſcis, pedibus poſticis tranſverſe extenſis. *

*Faun. Fridr. n.* 513.

*Hab. in* alni foliis ſubcutanea. *T. Bergmann.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Minuta. *Caput* & *thorax* lutea. *Alæ* lineares luteæ. Faſciæ tres fuſcæ æquali ſpatio remotæ, quarum prima,

in ipſa baſi. *Pedes* poſtici horizontaliter extenſi, ſpinoſi. *Antennæ* mediocres. *Faun.* 1433.

*Obſ.* Singularis hæc ſpecies tarſium configuratione. V.

Argentella. 912. P. T. (l'argentée) tota argentea, antennis fuſco annulatis. *

*Hab. in* abiete. In Gallia Auſt. ſed media, nox minuta. V.

*Deſc.* Minuta. *Tota* cum alis & artubus argentea, nitidiſſima. *Alæ inferiores* lanceolatæ, utrinque ciliatæ. *Antennæ* corpore breviores, fuſco annulatæ. *Oculi* nigri. *Faun.* 1331.

Calthella. 913. P. T. (de la calle des marais) atra, alis ſuperioribus totis aureis, capite ferrugineo.

*Fab.* tin. 64.

*Faun. Fridr. n.* 512.

*Hab. in* calthæ paluſtris floribus. *Ibid.* In Breſſia V.

*Deſc.* Minuta. *Antennæ* vix corporis longitudine. *Alæ ſuperiores* certo ſitu totæ aureæ apparent, alias atræ. Differt a phal. *friſchella* antennis baſi minime auritis, capite ferrugineo, corporeque quadruplo minore. *Faun.* 1432.

*Obſ.* Affinis phal. *capitellæ*, ſed alæ immaculatæ ſunt. V.

Petiverella. 914. P. T. (la Pétiver) alis ſubgriſeis litura dorſali flava, apiceque punctis tribus nigris. *

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 11.

*Fab.* tin. 65.

*Hab. in* Suecia. In Gallia rarior. V.

Magnitudo *phal. ſubcutanearum.* Alæ *fuſco-griſeæ; in medio litura flava,*

*quæ unitur cum alæ oppoſitæ macula; margo exterior intra apicem ſtriatus, & apex poſtice punctis tribus nigris notatus.*

*Obſ.* Faſcia variat color ſæpe albidus. Punctis apicis dignoſcenda. V.

Swammerdamella. 915. P. T. (la Swammerdan) antennis longiſſimis, alis flaveſcentibus pallidis immaculatis. *

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 1.

*Fab.* alucita 17.

*Hab. in* Europa. In ſepibus prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Media. *Alæ* omnes livido flaveſcentes. *Antennæ* longiſſimæ albicantes. *Faun.* 1391.

*Obſ.* Lente volitat. V.

Reaumurella. 916. P. T. (la Réaumur) antennis longiſſimis, alis nigris extrorſum deauratis. *

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 2.

*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 193. *n.* 28.

*Fab.* alucita 22.

*Hab. in* ſalice. In Gallia Auſt. haud frequens. V.

*Deſc.* *Corpus* totum nigrum. *Frons* alba. *Antennæ* longiſſimæ. *Faun.* 1392.

*Reaum.* obiit 1757, X 18, ætatis 76.

*Obſ.* Optime dicata fuit celeb. *Reaum.* hæc phalæna; ſed ne confundas cum aliis phal. auratis, quarum antennæ ſimiliter longiſſimæ. In his frons nigra, in illa frons alba vel flava. V.

DeGeerella. 917. P. T. (la de Geer) antennis longiſſimis, alis atris, faſcia argentea. *

---

*In his tam parvis, tamque fere nullis, quæ ars! quanta majeſtas! quam inextricabilis pulchritudo!*

*Clerck phal. t.* 12. *f.* 3.
*Scop. carn.* 697.
*Uddm. diſſ.* 78.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 28. *t.* 12. *f.* 5.
*Fab.* alucita 20.
*Faun. Fridr. n.* 497.
*De Geer tom.* 1. *p.* 541. *t.* 32. *f.* 13.-25.
—— *tom.* 2. *p.* 487. antennis filiformibus, corpore triplo longioribus, alis deflexis, æneis, faſcia flava, cæruleo marginata.
*Hab. in* Suecia, imprimis ad acidulas ſætrenſes. In Gallia Auſt. frequens. V.
*Deſc.* Media. *Alæ ſuperiores* nigricantes, flavo-aurato-ſtriatæ, faſcia in medio tranſverſa, utrinque margine nigro-argenteo. *Antennæ* nigricantes, corpore plus quam quadruplo longiores, adeo tenaces ut iis facile apprehendatur. *Faun.* 1393.

Sultzella. 918. P. T. (la Sultzer) antennis mediocribus, alis nigris, ſuperioribus faſcia aurea.
*Fab.* alucita 20. *β.*
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. Frequens prope Lugdunum. V.
*Similis* de Geerellæ, *ſed* antennæ *mediocres. Color purpuraſcenti-niger.* Syſt.
*Obſ.* Hanc & præcedentem pro una & eadem ſpecie habuit *D. Fab.* ſed huic clariſſimo viro aſſentiri difficile eſt, ut patet ex deſc. *D. de Geer* qui hanc phal. accurate deſcripſit. Larva dubium ſolvet. Variat antennis longiſſimis. Variat adhuc faſciæ color qui ſemper albus in omnibus noſtris. V.

Podaella. 919. P. T. (la Poda) antennis mediocribus, alis nigris faſcia albida.

*Fab.* alucita 21.
*Geoff. hiſt. inſ. pariſ. tom.* 2. *n.* 32. an?
*Hab. in* Suecia. In Gallia Auſt. V.
De Geerella *dimidio minor.* Antennæ *longitudine alarum.* Alæ *faſcia æquali.*

Robertella. 920. P. T. (la Robert) antennis longiſſimis albis, alis fuſcis, angulo ani albo. *
*Fab.* alucita 18.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. præcedentibus rarior. V.
*Deſc.* Similis phal. *Swammerdamellæ*, ſed paullo minor. *Alæ* fuſcæ ſ. nigræ, vix manifeſte cinereo-inauratæ, macula alba ad angulum ani. *Faun.* 1394.
*Obſ.* Variat color, ſed angulo ani albo dignoſcitur. V.

Geoffrella. 921. P. T. (la Geoffroi) antennis mediocribus, alis fuſcis argenteo ſtriatis, maculis duabus flavis marginalibus.
*Fab.* tin. 67.
*Hab. in* Germania. *D. Bleom.* In Gallia Auſt. non frequens. V.
Alæ *fuſco-flaveſcentes. Maculæ in medio*, 2, *flavæ*, *ſubtrigonæ; altera ad marginem exteriorem, ad interiorem altera. Ante maculas alæ argenteo, poſt nigro ſtriatæ.* Pedes *longi, barbati, ſpinoſi.*
*Obſ.* Deſc. illuſtriſſimi *Lin.* ſic accurata ut omnibus facile innoteſcat. V.

Mouffetella. 922. P. T. (la Mouffet) antennis brevibus albo annulatis, alis lividis, atomis oblongis fuſcis. *
*Fab.* tin. 68.
*Faun. Fridr. n.* 494.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Noſtra ſpecimina cinerea, atomis fuſcis irrorata. *Palpi* curvi. *Alæ ſuperiores* acutiſſimæ. *Subtus* omnes griſeo-fuſcæ. V.

Liſterella. 923. P. T. (la Liſter) antennis mediocribus albo ſubannulatis, alis fuſcis. *

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. rariſſima. V.

*Deſc.* Minuta. *Alæ ſuperiores* fuſcæ, ad angulum ani luteſcentes. V.

Friſchella. 924. P. T. (la Friſch) antennis mediocribus apice albis, alis fuſco-auratis.

*Fab.* alucita 19.

*Faun. Fridr. n.* 498.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. haud frequens. V.

*Deſc. Alæ ſuperiores* fuſco-auratæ. *Antennæ* alis concolores ut in *Faun. Fridr.* Variat igitur, nam apud *Linn.* apice albæ erant. V.

*Friſchius* natus 1666. mart. 15 mortuus 1743. mart. 21.

Scopolella. 925. P. T. (la Scopoli) alis fuſcis, punctis albis auratiſque vagis, antennis albo annulatis ſubciliatis

*Hab.* Upſaliæ. *Kækeritz.*

Parva. Alæ *nigricantes*; *minus anguſtæ, quam proximæ.* Superiores *adſperſæ punctis* 5 *ſ.* 6, *albis, vagis, inæqualibus & aliquot lituris obſoletius albis vagis; & ſupra unica litura tranſverſa, alba, poſtica.* Omnes alæ *poſtice albo ciliatæ.* Antennæ *corpore breviores, ciliatæ ſi oculo armato inſpiciantur.*

Albinella. 926. P. T. (l'Albin) alis fuſcis, linea 1 aurea antrorſum arcuata. *

*Fab.* tin. 69.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ ſuperiores* fuſcæ ; linea unica oblique tranſverſalis, cruribus retrorſum ſpectantibus. *Faun.* 1398.

Goedartella. 927. P. T. (la Goedart) alis auratis, faſciis 2 argenteis, priore antrorſum, poſteriore retrorſum arcuata.
*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 14.
*Fab.* tin. 72. alis auratis, faſciis duabus punctiſque tribus argenteis.
*Hab. in* alnetis, pedibus tantum quatuor inſidens, poſticis duobus protenſis. *T. Bergmann.* In Betulæ gemmis. *Kækeritz.*
*Deſc.* Minuta. *Alæ* fuſco-aureæ ; baſis alæ alba, faſcia alba antrorſum recurvata ; macula ad marginem craſſiorem ; faſcia retrorſum curvata alba ; macula alba ad angulum ani. *Faun.* 1401.

Lewenhoekella. 928. P. T. (la Lewenhoek) nigra, alis ſuperioribus fuſcis, faſciis 2 macula lineaque argenteis. *
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Parva. *Tota* nigra. *Alæ ſuperiores* obſcure teſtaceæ ; faſcia nigra verſus baſin ; faſcia nigra in medio ; macula tranſverſa nigra ad regionem ani ; linea obliqua ante apicem ; *omnes* nigræ in argenteum colorem mutandæ ; cæterum alæ maxime ciliatæ ſunt. *Faun.* 1400.

Merianella. 929. P. T. (la Merian) alis nigris, faſciis 3 argenteis tranſverſe divaricatis *.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 17. *f.* 12.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 1;8. *n.* 43.
*Fab.* tin. ‑3.
*Hab. in* pruno, pado.

*Deſc.* Minima, oblonga, nigra, ſemicylindracea. *Alarum* margo tenuior villis terminatur, ut in omnibus hujus ordinis. Lineæ tres tranſverſales argenteæ alas diſtinguunt, ita tamen, ut interjacens nigrum non latius ſit lineis argenteis, quarum prima medietas retrorſum, ultima antrorſum flexa; intermedia vero tranſverſalis, utrinque extremitate verſus bifida. Si aſſervatur phal. hæc mortua, perit nigredo & ejus loco deauratus prodit color. *Faun.* 1402

Dª. Sybilla de Merian hiſt. nat. amore rapta, Americam Meridionalem profecta, pap. ſurinaſenſes delineavit & deſcripſit. V.

Wilkella. 930. P. T. (la Wilkes) alis nigris, faſciis 4 argenteis arcuatis, ſecunda recta. *
*It. Gotl.* 260.
*Reaum. inſ.* 3. *t.* 4. *f.* 8.
*Geoff. inſ.* 2. *p.* 43. *B.*
*Fab.* tin. 74.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Eſt inter minimas hujus ordinis, oblonga, nigra, ſemicylindracea. *Caput* & *antennæ* albæ. *Alarum* margo tenuior villis terminatur. *Lineæ* quatuor tranſverſæ argenteæ alas diſtinguunt, quarum prima medietate retrorſum flexa, ſecunda recta, tertia & quarta medietate antrorſum flexæ. *Faun.* 1403.

Lyonnetella. 931. P. T. (la Lyonnet) alis flavis, faſciis 4 argenteis, tertia ſuperne bifida. *
*Fab.* tin. 77.

---

Subcutaneæ *hæ minutiſſimæ, quæ intra folii ſubſtantiam vivunt, rodunt, ſæpius* 14-*podæ, ſed ſunt etiam ſubcutaneæ muſcæ, tenthedrines, curculiones, chryſomelæ, dermeſtides, &c.*

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Magnitudo muſcæ; lineæ 4 tranſverſæ fuſco-argenteæ, quarum tertia introrſum bifida: ultima in ipſo margine poſtico alarum. *Faun.* 1404.

Bonnetella. 932. P. T. (la Bonnet) alis albis, lineis 2 argenteis, poſticiſque undatis.

*Fab.* tin. 78.

*Hab. in* Europa. In populetis. *Fab.*

*Deſc.* Minima. Magnitudine culicis, nivea. *Alæ exteriores* ad baſin utrinque lineolis duabus longitudinalibus fuſco-argenteis; pone characteribus vagis nigro-argenteis obſoletis notatæ. *Faun.* 1399.

*Obſ.* Lineolæ ſæpe oblitteratæ ſunt, inde ala nivea adparet, exceptis quibuſdam punctis nigris ad angulum ani. V.

In honorem illuſt. *C. Bonnet* obſervationibus de Aphidibus plurimiſque aliis operibus cogniti, hanc tineam jure ac merito dicavit *Linn.* V.

Jungiella. 933. P. T. (la Jung) alis fuſcis, maculis ſeptem albis duplicatis, tertia faſciali ultimaque ſimplici. *

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 9.

*It. Wgoth.* 141. phal. tin. alis ſuperioribus lunula alba, &c.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. Prope Nemauſum. V.

*Deſc. Alæ* griſeo-fuſcæ. Maculæ omnes albæ, excepta ultima e lineolis duabus parallelis. Maculæ duæ in medio oppoſitæ; tertia a margine exteriore ad angulum alæ adſcendens in faſciam obliquam; quarta, quinta & ſexta ad marginem craſſiorem pone faſciam. Lineola ſ. puncta ſimplicia ad marginem

poſticum; margo poſticus ater; horum punctum primum dorſale connexum ſuo oppoſito, lunulam retrorſum arcuatam refert; hæc lunula vix aurea ſ. argentea & prioribus paullo longior. *Faun.* 1410.

*Obſ.* Collare villoſum rufum. *Antennæ* pallidæ. *Palpi* porrecti, hirſuti, apice ſubulati ſunt. V.

Schæfferella. 934. P. T. (la Scheffer) alis nigris diſco flavis, ſtriga lineiſque duabus punctiſque tribus argenteis. *

*It. Scanic.* 112. phalæna fagi.

*Fab.* tin. 79.

*Hab. in* fagi foliis ſubcutanea. In Gallia Auſt. rarior. V.

*Deſc.* Minuta. A congeneribus facile diſtinguitur colore alarum qui niger, ſed diſcus flavus; inſuper maculæ argenteæ tres in margine exteriori duæque ſtrigæ argenteæ in medio. V.

Rhediella. 935. P. T. (la Rhédi) alis nigris apice fulvis, ſtrigis interruptis argenteis. *

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 12.

*Fab.* tin. 82.

*Faun. Fridr. n.* 500.

*Hab. in* Europa.

*Deſc. Alæ ſuperiores* nigræ ſ. ſubviolaceæ, poſticæ retuſæ, fulvæ, lineis tranſverſis quatuor argenteo-aureis & duabus ſuperioribus. *Inferiores* nigræ margine albo. *Antennæ* breviores. *Faun.* 1405.

Rœſella. 936. P. T. (la Roeſel) alis nigro-auratis, punctis 9 argenteis convexis ſubmarginalibus. *

*Clerck. phal. t.* 12. *f.* 13.

*Friſch. inſ.* 3. *p.* 31. *t.* 4.

*Fab.* tin. 83.
*Faun. Fridr. n.* 501.
*De Geer tom.* 1. *p.* 433. *t.* 30. *f.* 1.-12.
—— *t.* 2. *p.* 495. phalæna *chryſargyria* pomi, ſpirilinguis, antennis filiformibus, alis anguſtis, elevatis, aureis, argenteo maculatis, impunctatis.
*Hab. in* Europa. In mali foliis ſubcutanea, omnium pulcherrima, etiam in abietis foliis. In Gallia Auſt. *Ibid.* V.
*Larva* 14-poda flava, capite teſtaceo.
*Puppa* nuda, oblonga, brunnea.
*Deſc.* Minuta. *Corpus* nigrum. *Alæ ſuperiores* luteæ. Macula oblonga nigra ad baſin, faſcia tranſverſa nigra; margo interior & exterior niger. Punctum tertium argenteum in faſciam excurrit oppoſitæ alæ puncto junctum, ut & aliud punctum brevius dorſo connexum. *Antennæ* albo annulatæ. Omnis niger color in hiſce alis diſparens tranſit in argenteum nitidiſſimum. *Faun.* 1406. *Syſt.*
*Obſ.* Alæ lanceolatæ. V.

Linneella. 937. P. T. (la Linné) alis fuſcis, punctis tribus argenteis elevatis.
*Clerck. phal.* 1. *t.* 12. *f.* 8.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 200. *n.* 45.
*Fab.* tin. 84. alis fuſco-auratis, punctis quatuor argenteis elevatis.
*Hab. in* pomariis. *Ibid.* In Gallia. V.
*Deſc.* Statura phal. *Rœſellæ. Alæ* ambitu nigro, diſco fulvo, in quo puncta tria, hemiſpherica, argentea, valde convexa, & præterea ad marginem inferiorem obſoleta lineola argentea interrupta. *Antennæ* nigræ apice albæ. *Faun.* 1408.
*Obſ.* In noſtris ſpeciminibus *antennæ* ſæpe atræ. V.

Rajella. 938. P. T. ( la Rai ) alis auratis, maculis 7 argenteis, ſecunda tertiaque connatis. *
*Fab.* tin. 85.
*De Geer tom.* 1. *p.* 440. *t.* 31. *f.* 1.-12.
—— *tom.* 2. *p.* 495. phalæna *chryſargyria* alni, alis anguſtis, elevatis, aureis, argenteo maculatis, poſtice puncto nigro.
*Hab. in* alni foliis ſubcutanea. In Gallia Auſt. prope Lugdunum. V.
*Larva* 14-poda, luteſcente-albida. V.
*Deſc.* Minuta. Phal. *Goeadartellæ* ſimilis. *Alæ ſuperiores* fuſceſcentes ſ. auratæ, utroque latere maculatis 3 albis ſ. argenteis maculis, quarum ſecunda fere tranſverſa eſt. *Faun.* 1407.
*Obſ.* Maculæ argenteæ minime nigro marginatæ in noſtris. V.

Brunnichella. 939. P. T. ( la Brunniche ) atra, alis faſciis tribus violaceis.
*Hab. in* Luſitania. *D. Vandelli.*
Corpus *minutum*, *lineare*, *planiuſculum*, *atrum.* Antennæ *corpore breviores*, *infra apicem albæ.* Alæ *atræ*, *faſciis tribus violaceis ſ. chalybis candefacti colore*, *quarum prima ad baſin*, *ſecunda in medio*, *tertia curva ad apicem.* Cilia *poſtice inter alarum apices*, *ſubulata in plures dentes.*

Harriſella. 940. P. T. ( la Harris ) alis aureo-argenteis, apice obtuſo uſtulato ſubocellato. *
*Fab.* tin. 83.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Minus elongata & brevior, minuta. *Alæ* auro & argento variatæ, apice obtuſæ, nec ut præcedentis acuminatæ; in ipſo apice color uſtulatus ſubfuſcus, ſubocellatus, puncto atro. *Faun.* 1413.

Clerckella. 941. P. T. (la Clerck) alis argenteis, poſtice fuſco-auratis caudatis, ocello terminali atro. *
*Fab.* tin. 93. alis argenteis, poſtice ſubcaudatis fuſco ſtriatis punctoque atro.
*Hab. in* Suecia. *C. Clerck.* Obiit 1765. julii 22. phthiſi.
*Deſc. Corpus* minimum, totum argenteum. *Alæ ſuperiores* argenteæ, ad apicem caudatæ cum ocello rotundo atro. *Antennæ* mediocres. *Syſt.* & *Faun.* 1411.

Occultella. 942. P. T. (l'inviſible) fuſca albido-ſubfaſciata.
*Hab. in* meo Hammarby, hora matutina in feneſtris lecta ſæpius. In loco ſimili Lugduni ſæpe legi. V.
Phalænarum *omnium minutiſſima, vix ſetæ æquinæ craſſitie, palpis prominentibus; niſi volitet vix dignoſcenda.*

Lichenella. 943. P. T. (des murs) fœmina aptera, lævis, nigra. *
*Fab.* tin. 94. aptera, lævis, nigra.
*De Geer tom.* 2. *p.* 380. *t.* 11. *f.* 1.-8. An *mas* quoque apterus? Videtur.
*Hab. in* lichene candelari ſuper muros & rupes intra cucullum; plures larvas excluſit, nullas alatas phalænas obtinuit. *T. Bergmann.* In Gallia circa Lugdunum non rara. V.
*Obſ.* Fœmina aptera. An *mas* apterus?
*Deſc.* Fœmina magnitudine vix cimicis, nigra, tota glabra. *Mas* repertus non fuit, nec e larvis, cum fœminis, prodiit. *Faun.* 1451.

Prunie1la. 944. P. T. (des pruniers) alis griſeis, margine interiore linea longitudinali nigra.
*Hab. in* Europæ prunetis.

*Deſc.* Magnitudo ſeminis ſecalis. *Alæ ſuperiores* griſeæ ; area a fronte ad apices fere alarum longitudinalis, communis, alba, medio interrupta. *Caput* & *thoracis* tergum nivea. *Pedes* albi. *Antennæ* corpore breviores, albo fuſcoque annulatæ. *Faun.* 1386.

Curvella. 945. P. T. (l'arc) ſubnivea, alis arcu medii dorſi cinereo recurvo.

*Hab. in* Europæ pomariis. In Breſſia. V.

*Deſc.* Magnitudo ſeminis ſecalis. *Tota* nivea, pulvere cinereo rariore temere adſperſa. Alarum arcus communis cinereus, lunatus, recurvatus in medio dorſi, nec margines laterales tangens. *Pedes* albi. *Antennæ* corpore breviores, albo fuſcoque annulatæ. *Faun.* 1387.

Picarella. 946. P. T. (le point) alba, alis ſuperioribus linea maculiſque nigris, thorace puncto atro pone oculos.

*Hab. in* Europæ lucis.

*Deſc.* Magnitudo culicis. *Caput*, *thorax* & *Alæ ſuperiores* niveæ, hæ linea longitudinali nigra oblique inæquali ; puncta duo nigra ſupra lineam ; macula nigra ſub linea. *Subtus* tota fuſca. *Antennæ* corpore dimidio breviores. Similis phal. *gemmellæ. Faun.* 1389.

*Ex ſpec. D. Fab.*

Spiſſicella. 947. P. T. (le bourlet) alis oblongis griſeis, antennarum articulis duobus inferioribus incraſſatis.

*Hab.* Kiliæ. *D. Lund.* In Gallia Auſt. non frequens. V.

*Deſc.* *Antennæ* corpore breviores, articulo primo ſecundoque incraſſatis,

diſtinctis, pubeſcentibus. *Thorax* poſtice criſtatus, cinereus. *Alæ* griſeæ, medio pallidiores, punctis aliquot diſtinctis nigris.
*Obſ.* Magna. *Tarſi* anteriores albo nigroque variegati. V.

Cornella. 948. P. T. (du cornouiller) alis niveis; faſcia punctiſque numeroſis fuſcis.
*Hab. in* Saxoniæ corno. In Gallia Auſt. forſan. V.
*Deſc.* Statura tin. *padellæ*, at minor. *Antennæ* albo nigroque variegatæ. *Alæ anticæ* niveæ, faſcia in medio punctiſque plurimis, imprimis ad marginem craſſiorem & poſticum fuſo-purpureis. *Poſticæ* fuſcæ, immaculatæ.
*Obſ.* In noſtris *antennæ* concolores. An eadem ſpecies? V.

Linetella. 949. P. T. (la ſiamoiſe) alis albidis, fuſco lineatis, apice ſtrigis duabus fuſcis.
*Hab. in* agro Pedemontano. *Dr. Allioni.* In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Palpi* valde porrecti. Margo poſticus ciliaris.
*Obſ.* Magnitudo media. *Antennæ* ſupra albidæ. V.

Strigella. 950. P. T. (l'écharpe) alis anticis, cinereo-flaveſcentibus ſtriga marginali argentea.
*Hab. in* Germania. In Breſſiæ ſylvis. V.
*Deſc. Palpi* porrecti, compreſſi. *Alæ anticæ* flaveſcentes, immaculatæ, ſola ſtriga marginali argentea. *Poſticæ* fuſco-cinereæ, ſtriga itidem marginali argentea.
*Obſ.* Linea marginali argentea ſtatim innoteſcit. V.

Marginella. 951. P. T. (la marginée) alis anticis fuſcis, margine

margine craſſiori albo, palpis porrectis incraſſatis.

*Hab. in* Germania. *D. de Hattorf.*

*Deſc.* Minor tin. *carnella. Alæ anticæ* fuſcæ, margine craſſiori niveo, poſtico ciliato pallido. Puncta duo minutiſſima in medio diſci. *Alæ poſticæ* cinereæ.

Nigrella. 952. P. T. (la mulâtre) nigra, alis fuſcis, abdomine rufo.

*Hab. in* Daniæ nemoribus. *Ibid.* In Breſſia. V.

*Deſc. Corpus* nigrum, *abdominis* lateribus apiceque rufis. *Alæ* abdomine longiores, fuſcæ, immaculatæ.

*Obſ. Caput* coma nigra tectum. V.

Gramella. 953. P. T. (l'angulaire) alis cinereis, ſtrigis duabus angulatis fuſcis argenteaque marginali.

*Hab. in* Anglia. *Mus D. Yéats.*

*Deſc.* Paullo minor. tin. *culmella. Alæ anticæ* griſeæ, ſtrigis duabus fuſcis, quæ in medio angulum formant. Margo poſticus terminatur ſtriga argentea.

Scalacella. 954. P. T. (l'échelle) alis cærulefcenti cinereis, punctis vitta media maculiſque rhombeis contiguis atris.

*Act. ſoc. Berol. nat. curios.* 3. *t.* 1. *f.* 6.

*Scop.* 654. An?

*Hab. in* Germaniæ ſalice.

*Deſc.* Majuſcula in hoc genere. *Alæ anticæ* cinereæ, vitta longitudinali media atra & maculæ ſeptem rhombeæ vittæ contiguæ. Margo atro punctatus.

Stigmatella. 955. P. T. (la ſtigmatiſée) alis ſublinearibus ferrugineis, macula coſtali alba.

*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Yéats.*
*Deſc.* Parva, compreſſa, linearis. *Antennæ* albicantes. *Alæ anticæ* adſcendentes, ferrugineæ, nitidæ, macula magna alba in medio coſtæ, quæ denticulum marginem exteriorem fere attingentem exſerit. *Pedes* ferruginei apice albi.

Limbella. 956. P. T. (la ciliée) alis ciliatis exalbidis, limbo maculiſque fuſcis.
*Hab. in* Germaniæ nemoribus.
*Deſc.* Parva. *Caput* & *thorax* griſea. *Alæ* valde ciliatæ. *Anticæ* exalbidæ, limbo fuſco & punctis aliquot oblongis, nigris, in diſco. *Poſticæ* fuſcæ, immaculatæ.

Arcella. 957. P. T. (l'arc) alis niveis, arcu communi maculiſque marginalibus fuſcis.
*Hab. in* Germaniæ hortis. *D. Schulz.*
*Deſc.* Parva. *Caput* & *thorax* nivea, immaculata, piloſa. *Alæ anticæ* niveæ baſi, ad marginem craſſiorem macula oblonga, ante medium arcus dorſalis communis & in medio macula ovata ad marginem craſſiorem, fuſcis. Verſus apicem puncta aliquot indiſtincta fuſca. *Subtus* cinereæ.

Clematella. 958. P. T. (de la Clematite) alis anticis niveis, lineola baſeos, faſcia media punctoquo apicis nigris.
*Hab. in* Angliæ Clematide. *Muſ. D. Yéats.*
*Deſc.* Parva. *Caput* fuſcum. *Thorax* niveus. *Alæ* niveæ nitidæ, lineola marginali baſeos nigra. In medio faſcia obliqua, angulata, nigra & apice punctum unum alterumve nigrum. *Alæ poſticæ* cinereæ, immaculatæ.

Cylindrella. 959. P. T. ( la cylindrique ) alis anticis linearibus fuſcis, maculis tribus flavis.

*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.*

*Deſc.* Media, elongata. *Caput* flaveſcens. *Antennæ* pallidæ. *Thorax* fuſcus, dorſo flaveſcente. *Alæ anticæ* elongatæ, lineares, incumbentes, fuſcæ, maculis tribus magnis oblongis, flavis. *Alæ* ſubtus flavæ. *Pedes* flavi, fuſco annulati.

Undella. 960. P. T. ( les ondes ) alis fuſco-cinereis, lineola media faſciaque poſtica undatis albis.

*Hab. in* Germaniæ nemoribus. In Breſſiæ ſylvis. V.

*Deſc.* Statura *bicoſtellæ. Alæ* obſcure griſeæ, in medio linea alba undata & poſtice faſcia undata alba.

*Obſ.* Noſtra nigricans potius quam fuſco-cinerea. *Caput* cinereum. Ante marginem poſticum aliquot puncta nigra vix conſpicua. *Alæ omnes* ſubtus fuſcæ. *Palpi* curvi, fuſci, in medio albi. V.

2-Punctella. 961. P. T. ( l'étoile ) alis fuſco-cinereis, puncto marginali albo.

*Hab.* Hamburgi. In Breſſiæ ſylvis. V.

*Deſc.* Parva. *Antennæ* filiformes. *Caput* & *thorax* fuſca ſ. obſcure cinerea. *Alæ* obſcuræ, in medio lineola e punctis tribus nigris punctoque ad marginem craſſiorem albo. *Poſticæ*, uti omnes, ſubtus cinereæ.

*Obſ.* Licet parum inſignis ſit hæc linea, nota optima ſumitur e puncto albo apicis marginis exterioris. V.

4-Punctella. 962. P. T. ( la quadrille ) alis fuſcis, punctis duobus albidis.

*Hab. in* Germania. In Breſſia. V.

*Deſc. Alæ anticæ* omnino fuſcæ, nitidæ, punctis duobus in medio approximatis albis, altero ad marginem tenuiorem majori tranſverſo.

*Obſ. Tota* fuſco-obſcura, punctis 4 albis. V.

Sulphurella. 963. P. T. (la ſoufrée) fuſca, capite, thorace alarumque baſi maculaque ſulphureis.

*Hab. in* Germaniæ nemoribus. *D. Schulz.*

*Deſc.* Media. *Palpi* inflexi, corniformes. *Caput* & *thorax* ſulphurea, immaculata. *Alæ* fuſco-auratæ, baſi maculaque magna coſtali ſulphureis. Maculam hanc circulus cæruleus, nitidus, tenuiſſimus cingit. Apex alarum albicat.

Compoſitella. 964. P. T. (la compoſée) alis fuſcis, macula dorſali argentea e ſtrigis quatuor compoſita.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. In Breſſia. V.

*Deſc.* Parva. *Frons* alba, *antennis* nigris. *Alæ* fuſcæ, nitentes, macula magna dorſali argentea, quæ e ſtrigis quatuor approximatis, abbreviatis compoſita. Margo exterior argenteo-ſtriatus.

*Obſ.* Maculata compoſita obliqua eſt poſtque mortem ſæpe albida. V.

Seppella. 965. P. T. (la Sepp) alis auratis, ſtrigis duabus argenteis.

*Hab. in* Angliæ arboretis. *D. Yéats.*

*Deſc.* Minuta. *Corpus* nigrum. *Antennæ* breves. *Alæ anticæ* auratæ, nitidæ, ſtrigis duabus rectis argenteis. *Poſticæ* auro nitidæ.

*Obſ.* In quibuſdam tertia ſtriga duabus primis parallela. V.

Schieffer-mullerella. 966. P. T. (la Schieffermuller) alis auratis, ſtrigis tribus nigro-argenteis, tertia externe bifida.

*Hab. in* Hamburgenſibus arboretis. *D. Schulz.*

*Deſc.* Affinis tin. *Lyonnetellæ. Caput* & *thorax* atra, auro marginata. *Pedes* & *antennæ* nigræ, albo annulatæ. *Alæ* auratæ, nitidæ, ſtrigis tribus nigro-argenteis, tertia ad marginem craſſiorem late bifida.

Bergaſtra-eſſerella. 967. P. T. (la Bergaſtraeſs) alis planis auratis, limbo atro punctiſque argenteis numeroſis.

*Hab. in* Germaniæ pomariis. *D. de Hattorf.* In Breſſia. V.

*Deſc. Antennæ* atræ. *Caput* & *thorax* fuſca. *Alæ* auratæ, nitidæ, limbo omni atro & in hoc limbo puncta albidiora, in diſco aureo magis argentea.

*Obſ.* In noſtris caput non fuſcum ſed fuſco-flavum. V.

Stroemella. 968. P. T. (la Stroem) alis atris, punctis quatuor argenteis maculiſque quatuor marginalibus flavis.

*Hab. in* Norwagiæ nemoribus.

*It. Norwag.*

Gleichenella. 969. P. T. (la Gléichen) alis planis atris, faſcia media maculiſque duabus apicis oppoſitis argenteis.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Muſ. D. Yéats.*

*Deſc.* Parva. *Antennæ* breves, atræ. *Corpus* atrum, argento nitidulum. *Alæ* atræ, nitidæ, faſcia lata in medio maculiſque duabus oppoſitis verſus apicem argenteis. *Alæ poſticæ* cinereæ.

Schrebe-rella. 970. P. T. ( la Schreber ) alis auratis, baſi faſciis duabus maculiſque duabus apicis argenteis nitidiſſimis.

*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Yéats.* In Galliæ ſylvis. V.

*Deſc.* Parva & nitidiſſima. *Alæ* aureæ, baſi faſciis duabus in medio maculiſque duabus oppoſitis argenteis. *Poſticæ* cinereæ. *Pedes* argenteo nitent.

*Obſ.* *Antennæ* modo piloſæ, modo nudæ. V.

Fueſlella. 971. P. T. ( la Fueſly ) alis auratis, argento ſubfaſciatis, apice maculis duabus atris, interiori oblonga tripunctata.

*Hab. in* Angliæ hortis. *Muſ. D. Yéats.*

*Deſc.* Media. *Corpus* aureum. *Antennæ* nigræ. *Alæ* aureæ, nitidæ, poſtice ſtrigis duabus integris tribuſque abbreviatis argenteis. Puncta duo atra alam terminant, alterum in medio ſimplex, alterum ad angulum ani, oblongum & in hoc puncta tria argentea.

Drurella. 972. P. T. ( la Drury ) alis fuſco-argenteis, faſcia poſtica aurea.

*Hab.* Hafniæ, in arboretis.

*Deſc.* Magnitudo tin. *Roeſellæ.* *Antennæ* elongatæ, longitudine corporis, nigræ, apice, albæ. *Caput, thorax baſiſque* alarum fuſco-argentea. Poſtice faſcia lata, aurea, quæ utrinque ſtriga argentea vivaciore terminatur.

Cramerel-la. 973. P. T. ( la Cramer ) alis pallide argenteis punctoque terminali atro.

*Hab. in* Angliæ hortis. *Muſ. D. Yéats.*

*Deſc.* Minuta. *Alæ anticæ* pallidæ, poſtice obſcuriores, maculis argenteis novem, quarum 5 ad marginem craſ-

ſiorem, 4 ad tenuiorem. Macula ſecunda tranſverſalis longior fere coit cum macula ſecunda marginis tenuioris. *Apex* alæ terminatur puncto ſubocellari atro. *Poſticæ* cinereæ, immaculatæ.

Blancardella. 974. P. T. (la Blancart) alis auratis, lineola apicis maculiſque ſeptem marginalibus argenteis.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Muſ. D. Yéats.*

*Deſc.* Parva. *Antennæ* ſupra fuſcæ, ſubtus argenteæ. *Thorax* aureus, limbo argenteo. *Alæ anticæ* aureæ, nitidæ, linea longitudinali baſeos argentea, quæ cum limbo thoracis coit. Maculæ quatuor ad marginem craſſiorem, tres ad tenuiorem argenteæ, omnes pone medium. *Alæ poſticæ* valde piloſæ, argenteæ, immaculatæ.

Aurella. 975. P. T. (la dorée) alis auratis, poſtice atris, faſcia argentea.

*Hab.* Lipſiæ, in Pomonæ arboribus.

*Deſc.* Minima facile omnium. *Caput* album, fronte ferruginea. *Antennæ* breves, nigræ. *Alæ* auratæ, nitidiſſimæ, poſtice atræ, qui colores ſtriga argentea vivaciſſima diſtinguuntur.

Ephippella. 976. P. T. (la ſelle) alis pallide auratis, vitta dorſali nivea, faſcia aurea. *Al.* 2.

*Hab. in* Europæ hortis. *D. Schulz.*

*Deſc.* Parva. *Alæ* pallidæ auratæ, vitta lata communi, dorſali, nivea, in qua faſcia lata aurea.

Lucella. 977. P. T. (l'éveillée) alis flavis immaculatis, capite thoraceque niveis. *Al.* 5.

*Hab. in* Sueciæ arboretis. In ſylvis *de la Pape* Lugdunum prope. V.

*Deſc.* *Caput*, *antennæ* & *thorax* nivea. *Alæ* immaculatæ.
*Obſ.* Noſtra ſimilis. V.

Flavella. 978. P. T. (la tranchée) alis fuſcis, vitta communi dorſali abbreviata maculaque flavis. *Al.* 6.
*Hab. in* Sueciæ arboretis. In Gallia Auſt. prope Nemauſum. V.
*Deſc.* *Alæ* fuſcæ, vitta dorſali abbreviata & macula magna ad marginem craſſiorem flavis.
*Obſ.* Variat magnitudine. *Alæ ſuperiores* corticinæ. Vitta flava prope marginem interiorem, a capite ad angulum ani uſque extenſa. Alis clauſis, macula ovalis adparet, elongatiſſima, cujus medium alis concolor. Macula flaveſcens prope marginem exteriorem. *Caput*, *antennæ*, *thorax*que flava. *Pedes* fuſci. Cætera ut in *D. Fab.* deſcr. V.

Marginella. 979. P. T. (l'encadrée) alis fuſco-nitidis, marginibus niveis. *Al.* 8.
*Hab. in* juniperetis Angliæ. *Muſ. D. Yéats.*
*Deſc.* Media. *Palpi* craſſi, bifidi, interne nivei, externe fuſci. *Caput* niveum. *Antennæ* fuſcæ. *Alæ anticæ* fuſcæ, nitidæ, margine interiori & exteriori late niveo. *Poſticæ* exalbidæ, immaculatæ.

Bipunctella. 980. P. T. (la biponctuée) alis fuſcis, vitta communi dentata alba, thorace niveo, punctis duobus atris. *Al.* 9.
*Hab. in* lichene prunaſtri Saxoniæ.
*Deſc.* *Vitella* duplo major. *Caput* & *thorax* nivea. Punctum atrum utrinque in thorace. *Abdomen* flavum. *Alæ*

*anticæ* fuſcæ ſ. plumbeæ, vitta communi dentata, alba. Ad apicem *alæ* ſtriga e punctis nigris. *Poſticæ* albæ.

Niveella. 981. P. T. (le petit deuil) alis niveis, maculis duabus marginalibus faſciaque media nigris, capite albo. *Al.* 11.

*Hab. in* Anglia. *Muſ. D. Yéats.* In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* Magnitudo *granellæ. Corpus* cinereum, capite albo. *Alæ anticæ* niveæ, macula oblonga marginali baſeos nigra. In medio faſcia obliqua unidentata & verſus apicem macula parva, marginalis, nigra. *Alæ poſticæ* cinereæ.

*Obſ.* Variat macularum color. In noſtris maculæ fuſcæ. V.

Coſtella. 982. P. T. (la remarquable) nivea, alis rufo-auratis, macula coſtali baſeos alba, fuſco punctata. *Al.* 13.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. *D. Drury.*

*Deſc. Caput* & *thorax* nivea. *Alæ anticæ* nitidæ, rufo-auratæ, ad baſin macula magna oblonga, coſtali, alba, in qua puncta aliquot fuſca. Ad angulum ani litura alba. *Alæ poſticæ* cinereæ, immaculatæ.

Faſciella. 983. P. T. (la faſciée) alis auratis, faſcia fuſca, antennis apice albis. *Al.* 23.

*Hab. in* Angliæ nemoribus. *Muſ. D. Monſon.*

*Deſc.* Statura & magnitudo *Reaumurellæ. Alæ* auratæ, nitidæ, faſcia in medio late fuſca. *Poſticæ* fuſco-auratæ.

*Obſ.* Variat antennis longiſſimis, capite thoraceque nigris & antennis mediocribus, capite ferrugineo, thorace aureo.

Striatella. 984. P. T. ( la ſtriée ) alis auratis, flavo ſtriatis, faſcia media flava, cupro marginata. *Al.* 24.
*Hab. in* Angliæ hortis. *Muſ. D. Yéats.*
*Deſc.* Variat capite nigro & fulvo, antennis longiſſimis & antennis corpore paullo longioribus, baſi hirtis atris, apice albis. *Alæ* aureæ, imprimis apice flavo ſtriatæ. In medio cupreæ nitidiſſimæ, faſcia flava. *Alæ poſticæ* fuſco-aureæ, nitidæ.

Sulphurella. 985. P. T. ( la ſulphurée ) alis anticis auratis, maculis duabus ſulphureis, oppoſitis, poſticis flavis. *Al.* 25.
*Hab. in* Angliæ hortis. *Muſ. D. Monſon.*
*Deſc. Antennæ* mediocres, nigræ. *Thorax* fuſcus. *Alæ* fuſco-auratæ, macula majori triangulari flava ad marginem tenuiorem & altera minori oppoſita ad marginem craſſiorem. *Alæ poſticæ* flavæ.

Oppoſitella. 986. P. T. ( l'oppoſée ) alis fuſcis, maculis duabus oppoſitis flavis, poſticis fuſcis. *Al.* 26.
*Hab. in* Angliæ nemoribus. *D. Lund.* In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Præcedenti affinis, diſtincta tamen. *Alæ* planæ, incumbentes, obſcure fuſcæ, minime nitidæ, maculis duabus æqualibus flavis, altera ad marginem tenuiorem, altera ad craſſiorem oppoſita. *Poſticæ*, uti *caput* & *thorax*, fuſcæ, immaculatæ.
*Obſ.* Alarum ſitu eſſet pyralis, ſtructura vero tinea. V.

Guttella. 987. P. T. ( la pointillée ) alis atris, anticis punctis albis numeroſis.

*Hab. in* Auſtria. *D. Schulz.*
*Deſc. Palpi* baſi piloſi, nigri, apice punctis duobus albis. *Caput* ferrugineo-piloſum. *Thorax* niger, puncto utrinque ferrugineo. *Alæ* atræ. *Anticæ* punctis plurimis albis 1, 2, 3, 4 plurimiſque parvis apicis. *Poſticæ* atræ, immaculatæ. *Abdomen* nigrum.

Alcella. 988. P. T. (l'entourée) alis flavis, maculis ferrugineis ſtriga argentea cinctis. *App.*
*Naturf.* 9. 106. *t.* 2.
*Hab. in* Germaniæ pratis.
*Deſc. Corpus* nigrum. *Alæ poſticæ* cinereæ.

Hermannella. 989. P. T. (l'Hermann) alis auratis, lineolis argenteis apice fuſcis.
*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.*
*Deſc.* Parva. *Alæ* auratæ, baſi lineola tranſverſa, in medio lineolis tribus longitudinalibus, apice nigricantes. *Poſticæ* fuſcæ, immaculatæ.

Forſterella. 990. P. T. (la Forſter) alis fuſco-auratis, arcu dorſali lineoliſque marginalibus argenteis, apice macula atra, pupilla argentea.
*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.*
*Deſc.* Parva. *Alæ* planæ, fuſco-aureæ, baſi immaculatæ. In medio arcus dorſalis communis & pone hunc ſtrigæ quinque marginales. Macula atra puncto argenteo terminat alam.

Klemannelle. 991. P. T. (la Klémann) alis auratis, ſtrigis quatuor argenteis, poſticis duabus interruptis punctoque terminali atro.
*Hab.* Hamburgi. *D. Schulz.*
*Deſc.* Parva, nitidiſſima. *Alæ* aureæ,

baſi faſciis duabus, in medio maculis duabus oppoſitis, argenteis. *Poſticæ* cinereæ. *Pedes* argenteo nitent.

*Ex ent. D. Scop.*

Perlella. 992. P. T. (la perlée) alis ſupra eodem prorſus, quo perla, colore fulgidis, ſubtus fuſceſcentibus.

*Hab. in* Europæ pratis. In Breſſia *Ibid.* V.

*Deſc. Palpi* porrecti, leniter deflexi, lin. 1 ½ longi. *Femora antica* ſubtus fuſca.

*Obſ. Alæ inferiores* nitido-albæ, margine poſtico fuſco.

Viduella. 993. P. T. (la veuve) alis anticis albis, linea fuſca a baſi ad apicem prope marginem craſſiorem decurrente.

*Hab. in* ſylvis. Rarior & ſolitaria.

*Deſc. Oculi* nigri. *Antennæ* ſupra albæ, ſubtus fuſcæ. *Caput* cum thorace album. *Alæ anticæ* punctis binis nigris prope lineam fuſcam ſeniſque minoribus in margine externo. *Alæ poſticæ* utrinque fuſceſcentes.

Eclipſella, 994. P. T. (l'éclipſée) obſcure cana, alis anticis margine craſſiore nigro punctatis.

*Hab. in* Europæ pratis. Prope Lugdunum rarior. V.

*Deſc. Alæ anticæ*, obſoletiſſima obſcuriore faſcia punctiſque fuſcis exiguis variegatæ. Pagina inferiorum earumdem alarum obſcurior, quam eadem pagina poſticarum.

*Obſ.* Dum quieſcit tortrix, ſed alæ poſticæ tinearum. V.

Mucronel-la. 995. P. T. (la lance) alis omnibus lanceolatis, mucronatis, nitidis, concoloribus, pallidis, anticis longitudinaliter fuſco-ſublineatis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. ſed haud frequens. V.

*Deſc. Palpi* porrecti. *Lingua* ferruginea. *Obſ.* Magna. V.

Scabioſel-la. 996. P. T. (de la ſcabieuſe) alis anticis auratis, margine ſubtuſque una cum poſticis utrinque hæmaticis, lucidis. Antennis alis longioribus, albis, baſi nigricantibus.

*Poda muſ. gr. p.* 94. metallica.

*Hab. in* Europa. In floribus ſcabioſæ officinalis perpetuo inſidens. *Ibid.* prope Lugdunum. V.

*Deſc.* Pigrum, præter ingenium gentis ſuæ, animal. Sexus *unus* antennis lin. 4 ½ longis, obſcure violaceis, apice albis. *Alæ poſticæ* ſubtus antennis concolores, ſupra obſcure violaceæ, ſubtus limbo aurato-viridi. Sexus *alter* antennis fere uncialibus, albidis, pectore barbato. *Alæ* ſubtus obſcuriores.

*Obſ.* Cum tinea *Reaumurella* non difficile confunditur; ſed *antennæ* albæ baſi nigricantes, marginis exterioris inferiorumque alarum color omnino has tineas ſeparant. V.

Viridella. 997. P. T. (la verdoyante) alis anticis viridi-auratis, femoribus poſticis barbatis.

*Hab. in* Europa, in ſylvis Idrienſibus. In Galliæ pratis umbroſis. V.

*Deſc.* Sexus *unus* antennis lin. 4 ½ longis, obſcure violaceis, apice albis. *Alæ anticæ* ſubtus, antennis concolores.

*Poſticæ* ſupra obſcure violaceæ, ſubtus limbo aurato-viridi. Sexus *alter* antennis fere uncialibus, albidis, *pectore* barbato. Alæ ſubtus obſcuriores.

Barbatella. 998. P. T. (la barbue) alis anticis glaucis, aurato-punctatis, antennis alis longioribus, apice albidis.

*Hab. in* collibus gramineis Carnioliæ Superioris. In Gallia. Prope Lugdunum in ſylvis *De Vaſſieu* capta. V.

*Deſc.* Differt a *Reaumurella Linn.* corpore viridi-æneo, fronte nigra, alis antrorſum magis auratis. Huic non *pectus*, non *femora* ulla barbata. *Alæ* etiam ſubtus nulla tinctura rubro-violacea fulgidæ ut in priore.

Croeſella. 999. P. T. (la Créſus) alis ſaturate violaceis, anticis faſcia, baſi & apice lineiſque longitudinalibus 5-7 aureis, antennis longiſſimis albidis.

*Hab. in* Europa. In evonymo capta. In floribus Galliæ Auſt. V.

*Deſc.* Pulcherrima. *Alæ* ita coloratæ, ac ſi argento lævigato ſature violaceus color ſuper inductus fuiſſet. Faſcia alæ medium occupat, linea limbum, quarum mediæ longiores, ut fiſtulæ in organo. Ad baſin alæ lineæ quinque longitudinales, pariter aureæ. *Alæ* eædem *ſubtus* faſcia aurea, ſed abſque lineis. Dorſum aureum, præſertim anticæ. *Caput* rufis pilis pubeſcens. *Antennæ* lin. 6 ½ longæ. Croeſeas oſtentat opes vanumque nitorem.

*Obſ.* Nil in natura hac tinea pulchrius novi. Unum tantum ſpecimen in noſtro muſæo in Gallia Auſtraliore captum. Inter minores adnumeranda hæc tinea.

*Alæ ſuperiores* aurato-violaceæ, maculis orichalceis variis ornatæ, abſque lineis auratis. Differt igitur a croeſella *D. Scop.* ejuſdemque varietas videtur. V.

Rufimetrella. 1000. P. T. (la mitrée) *capite* lana rufa veſtito. *Corpore* nigro, *alis* fuſcis, anticis ſupra fuſco-viridi-æneis.
*Hab. in* Europa. In ſylveſtribus non rara.
*Deſc. Femora* poſtica barbata & craſſiora, *Alæ poſticæ* fimbria alis anticis concolore. Affinis calthellæ.

Hemerobiella. 1001. P. T. (l'hémérobe) alis anticis canis, fuſco punctulatis, tibiis poſticis plumoſis.
*Larva* degit intra tubulum rufeſcens, apice trigonum, qui foliis perpendiculariter impoſitus paſſim adparet.

Obſcurella. 1002. P. T. (l'obſcure) fuſca, alis anticis ſupra fuſco-auratis, apice ſubhæmatiticis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Caput, thorax, pedes,* colore alarum ſuperiorum.

Feneſtrella. 1003. P. T. (la féneſtrale) alis anticis albidis, maculis punctiſque nigris, poſtice nebula ſubaurata.
*Hab. in* Europa, circa feneſtras occurrit primo vere.
*Deſc.* Hæc cum ſequentibus *caput* album habet. Puncta & maculæ pleræque inſident margini craſſiori.

Punctella. 1004. P. T. (la ſablée) alis anticis niveis, punctis fuſceſcentibus, in apice confluentibus, variegatis.
*Hab. in* Europa, inter corylos. In Gallia Auſt. V.

*Deſc.* *Antennæ* albæ, fuſco annulatæ. *Oculi* nigri. *Caput* cum thorace niveum. *Alæ anticæ*, obſoleta faſcia punctiſque fuſceſcentibus pluribus in apice. *Tibiæ* albæ, nigro annulatæ.

*Obſ.* Differt a tinea *punctella Linn.* & *Fab.* alarum colore punctorumque ſitu. V.

Comella. 1005. P. T. (la chevelure) capillitium album, alba coma per marginem internum decurrente, cinctum. Alis anticis ferrugineis, faſcia obſcuriore, obſoleta, obliqua.

*Hab. in* Europa, circa domos & hortos volitat. In Gallia Auſt. rara. V.

*Deſc.* Ubi deſinit coma, ibi incipit faſcia, ſub qua idem *alæ* margo denuo albicans eſt. *Antennæ* albæ, fuſco annulatæ.

*Obſ.* Noſtra media, major igitur *D. Scop.* ſpecimine, ſed convenit deſcriptio.

Puſiella. 1006. P. T. (la prolongée) alis anticis cauda repanda terminatis, poſticis linearibus.

*Hab. in* Europæ pratis. *Ibid.* prope Lugdunum. V.

*Deſc.* *Alæ* oſſeæ, puncto fuſco caudæ impoſito.

*Obſ.* Noſtra major, licet ſimili modo caudata. V.

Thraſonella. 1007. P. T. (la hardie) alis anticis fuſcoauratis, lineis ſtrigiſque tranſverſis argenteis, macula nigra ad angulum poſticum, in qua puncta tria argentea.

*Hab. in* Europa, in herbidis paludoſis.

*Deſc.* Faſcia una integra, tres abruptæ, ſtrigæ duæ. *Thorax* antice argenteus. Punctum

Punctum nigrum in cauda ſeu lobo alæ apicem terminante.

Equitella. 1008. P. T. (l'appendice) alæ anticæ caudula e margine exteriore nata loboque terminatæ, lituris in margine eodem quinis, in oppoſito vero binis argenteis.
*Hab. in* Europa. In Breſſia. V.
*Deſc.* Intra lobum alæ macula ſubovata nigra. *Lineolæ* duæ anticæ obliquæ in formam litteræ *V.* ſed disjunctæ; in alæ limbo puncta tria argentea.
*Obſ. Alæ inferiores* fuſco-griſeæ. V.

Aruncella. 1009. P. T. (de l'actée) alis anticis auratis, cum inter mixto violaceo-rubro colore, fronte aureis pilis pubeſcente.
*Hab. in* Europa. Copioſa in paniculis acteæ, arunci. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Antennæ* nigricantes. *Mas* faſcia pallida lineari *Fœmina* abſque alarum faſcia.
*Obſ.* Noſtratum *antennæ* longiſſimæ. An eædem? V.

Alchimiella. 1010. P. T. (la ſolaire) alis anticis aureis, ſtriga tranſverſa maculaque lanceolata apicis, laccæ colore.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Oculi* nigri. *Palpi* aurei, apice fuſco-rubri. *Antennæ* ſubæquales. *Frons* & *alæ* auri colorem nitoremque æmulantes. *Femora* fuſco-rubra. *Tibiæ* argenteæ, annulis fuſcis.

Auratella. 1011. P. T. (la dorée) alis anticis rubro-auratis, faſcia maculiſque aureis.
*Hab. in* Europa. In ſylveſtribus locis.
*Deſc.* Macula aurea in limbo & alia ad baſin, faſcia intermedia. *Caput* rufis pilis pubeſcens. *Oculi* fuſci.

Æneella. 1012. P. T. (la bronzée) fuſca tota, alis anticis æneo-fuſcis.
*Hab. in* Europæ ſylvis. Circa Lugdunum in nemoribus vulgo *de la Pape*. V.
*Deſc.* Statura, habitu & defectu ruboris alarum ſuperiorum differt ab *obſcurella*.

Leucocerella. 1013. P. T. (la rouge-dorée) alis anticis aurato-rubris, punctis binis obſoletis albis.
*Hab. in* Europæ ſylvis.
*Deſc. Tota* nigricans. *Antennæ* corpore longiores, apice albæ. Non debet confundi cum tinea *ſcabioſella*.

Luridella. 1014. P. T. (la ſalie) alis argenteis, anticis atomis punctiſque fuſcis inquinatis, capite cum thorace albo.
*Hab. in* Europa. In nemoribus circa Lugdunum. V.
*Deſc.* Fimbria alarum poſticarum iis latior pallideque rufa. *Oculi* nigri. *Palpi* argentei, articulo ultimo baſi & apice fuſco.

Rufella. 1015. P. T. (la rouſſe) alis griſeo-cinereis, corpore pedibuſque rufis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ poſticæ* anguſtiſſimæ.

Murinella. 1016. P. T. (la ſouris) alis pallide murinis.
*Hab. in* Carniolia inferiore.
*Deſc. Caput*, *thorax*, *corpuſ*que alis concolor.

Arbuſtella. 1017. P. T. (des arbuſtes) alis anticis ſub argenteis, puncto nigro.
*Hab. in* Europa, inter arbuſta frequens.
*Deſc. Veſtianella* duplo minor, ſubargentea punctuliſque obſcurioribus irrorata.

Domeſti-cella. 1018. P. T. ( la domeſtique ) albida nitens, alis omnibus apice utrinque nigro nebuloſis.
*Geoff. inſ. tom.* 2. *n.* 7?
*Hab. in* Europa. In cubilibus non rara.
*Deſc. Alæ anticæ* ſupra, punctis ſparſis fuſcis.

*Ex oper. D. de Geer.*

Dentel-la. 1019. P. T. ( la dentelée ) alis anguſtis; elevatis, fuſcis, vitta longitudinali flava. *Retz.* 164-*De Geer tom.* 2. *p.* 493.
*Fab.* alucita 3.
*Albin. inſ. t.* 73. *e. f. g. h.*
*Hab. in* Sueciæ caprifolio. In Gallia Auſt. V.
*Larva* viridis, glabra, linea dorſali purpurea.
*Puppa* flava intra folliculum fuſiformem utrinque apertum. *Fab.*
*Deſc. Alæ* longæ, anguſtatæ, poſtice adſcendentes. Faſcia dorſalis flava a capite per thoracem marginemque alarum interiorem extenſa. V.

Pyrella. 1020. P. T. ( du poirier ) alis anguſtis elevatis, cinereo-canis, capite albo. *Retz.* 167.-*De Geer tom.* 1. *p.* 388. *t.* 25. *f.* 8.-16.- *tom.* 2. *p.* 494.
*Hab. in* pyro. In Gallia Auſt. V.
*Larva* 16-poda, fuſco rubra, maculis citrinis.
*Deſc. Alæ ſuperiores* obſcure cinereæ, *Thorax* alis concolor. *Caput* album, *oculi* nigri. V.

Alnella. 1021. P. T. ( de l'aulne noir ) alis anguſtis; elevatis, albis, maculis fuſcis. *Retz.* 171.- *De Geer tom.* 1. *p.* 459. *t.* 32. *f.* 1.-12.

*Hab. in* frangula.
*Larva* 16-poda, glabra, viridis.
*Deſc. Antennæ* variegatæ. *Caput* pilis tectum. *Alæ ſuperiores* albæ, fuſco maculatæ. *Inferiores* anguſtatæ, valde fimbriatæ.

Chæro-phylella. 1022. P. T. (du cerfeuil ſauvage) alis anguſtis, elevatis, griſeo-albis, nigro-nebuloſis, criſtis 2 marginis interioris. *Retz.* 172. - *De Geer tom.* 1. *p.* 455. *t.* 29. *f.* 9.-18.-*tom.* 2. *p.* 496.
*Hab. in* chærophyllo ſylveſtri.
*Deſc.* Parva. *Alæ ſuperiores* albido-griſeæ, poſtice adſcendentes. *Inferiores* nigro-fuſcæ, utroque margine fere plumoſæ. V.

*Ex inſ. pariſ. ent.*que *pariſ.*

Hirundi-nella. 1023. P. T. (l'hirondelle) corniculis duobus ſubulatis recurvis, cinerea, alis macula fuſca.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Palpi* recurvi. *Oculi* nigri. *Alæ* griſeæ, macula fuſca in medio, punctis duobus nigris vix viſibilibus.

Radiatel-la. 1024. P. T. (la rayonnée) palpis ſubulatis, recurvis, alis flaveſcentibus nitidis, ſtriarum albidarum ordine duplici tranſverſo.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Caput* & *corpus* fuſca. *Alæ* flaveſcentes, lucidæ, faſciis duabus tranſverſalibus compoſitis, quarum una in alæ medio, altera verſus marginem poſteriorem.

Cornicel-la. 1025. P. T. (la cornue) cinerea; palpis duobus criſtatis, faſcia alarum longitudinali argentea.

*Hab. in* Europa.

*Deſc. Palpi* porrecti, piloſi, apice recurvi. *Oculi* nigri. *Caput* albidum. *Alæ ſuperiores* cinereo-griſeæ, faſcia albido-argentea longitudinali in ſingula ala. *Subtus* omnes griſeæ.

Margina- 1026. P. T. (la bordée) cinerea, alarum
tella. margine inferiore punctis nigris.

*Hab. in* Europa.

*Deſc. Oculi* nigri. *Alæ* plumbeo-cinereæ. Superiorum margo poſterior punctis 6, 7 nigris maculatus. *Variat. Alæ* modo luteſcentes, modo griſeæ, ſed in omnibus margo punctatus.

Inverſel- 1027. P. T. (l'inverſe) alis antice albidis,
la. maculis quatuor nigris, pone nigris, maculis duabus albis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc. Alæ ſuperiores* antice albidæ, poſtice nigræ, punctis duobus ſ. maculis 2 nigris in ſingulæ alæ albedine, macula alba in nigredine. Sic color alæ macularumque oppoſitus. Frequens in his regionibus.

Monili- 1028. P. T. (la porte-perle) alis atris, punc-
ferella. torum alborum linea duplici tranſverſa.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Minor. Nigra. Duplex punctorum alborum ſeries in alis ſuperioribus. Hæc nota ſpecifica optima.

Nebulo- 1029. P. T. (la nébuleuſe) cinerea, alarum
ſella. maculis nigro-nebuloſis.

*Hab. in* Europa. Frequens in domibus.

*Deſc. Alæ ſuperiores* valde fimbriatæ, maculis fuſcis.

*Obſ. Tineæ domeſticæ D. Scop.* affinis. V.

Kk iij

Undula-tella. 1030. P. T. ( l'ondulée ) alis dilute cinereis, faſciis tribus fuſcis, tranſverſis, undulatis.
*Hab. in* Europa.
*Obſ. Undella D. Fab.* Differt colore faſciarum. V.

Circum-volutella. 1031. P. T. ( la roulée ) alis argenteis, corpori circumvolutis, faſcia duplici tranſverſa punctorum nigrorum.
*Reaum. tom.* 1. *t.* 38. *f.* 7, 8, 9.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Magna. *Oculi* nigri. *Alæ* circumvolutæ, argentato-albæ, faſciis 2 punctorum nigrorum, una in medio, altera inferior. Inſuper plurima puncta in alis diſperſa.

Viridella. 1032. P. T. ( la verdâtre ) alis corpori circumvolutis, albido-roſeis, faſciis tribus vireſcentibus.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ* circumvolutæ roſeo-albidæ, faſciis tribus vireſcentibus : prima a margine exteriore verſus interiorem deſcendit ; ſecunda a margine exteriore verſus interiorem adſcendit ; tertia inferior latiorque.

Crocinel-la. 1033. P. T. ( la ſaffranée ) alis corpori circumvolutis, croceis, oculis pedibuſque nigris.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Magna. *Alæ* circumvolutæ, croceato-luteæ. *Corpus* ſupra alis concolor. *Oculi pedeſ*que nigri.

Nervoſel-la. 1034. P. T. ( la nerveuſe ) alis cinereis, alarum macula rhomboidæa, albida, oblonga.

*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ* lucido-cinereæ, nervis longitudinalibus fuſcis in ala inferiore ramificatis.

Interme-diatella. 1035. P. T. ( l'entre-lignée ) alis flaveſcentibus, lineis duabus & macula intermedia fuſcis in extremo ſuperiorum.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Oculi* nigri. *Alæ* flaveſcentes. *Corpus* fuſceſcens. Lineæ duæ fulvo-fuſcæ, inter quas macula concolor.

Bimacu-loſella. 1036. P. T. ( la bimaculée ) fuſco-rubra, alarum ſuperiorum margine exteriore maculis duabus flavis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Alæ omnes* rubello-fuſcæ. *Superiores* maculis duabus luteis in margine exteriore. *Inferiores* faſcia albida tranſverſa.

Zeælla. 1037. P. T. ( du maïs ) fuſco-rubra, alis ſuperioribus maculis duabus croceis tranſverſim poſitis.
*Hab. in* zeæ ſpicis.
*Deſc. Alæ* fuſco-rubræ; maculis duabus croceis vel albidis. Dum quieſcit, maculæ faſciam fere tranſverſam formant.

Marmo-ratella. 1038. P. T. ( la marbrée ) nigro-fuſca, rivulis flaveſcentibus marmoratis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Corpus alæ*que certo ſitu rubella. *Alæ ſuperiores* ſinuatæ, lineis flaveſcentibus interſectæ; inde marmoratæ. *Subtus* fuſco-griſeæ.
*Obſ.* Ova alba. V.

Trifaſciella. 1039. P. T. ( la chevronnée ) cinerea, alarum faſcia triplici obliqua, undulata, fuſca.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* An tinea ? An tortrix ? V.

Thoracella. 1040. P. T. ( la tâtouée ) capite thoraceque flavo, lineis longitudinalibus fuſcis, alis albo-flaveſcentibus, faſciis tranſverſis fuſcis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Caput* luteum. *Thorax* luteus, fuſco lineatus. *Alæ* flavo-albæ, faſciis tribus tranſverſis, fuſcis, obliquis. *Subtus* alæ omnes fuſcæ. *Abdomen* luteum.

Interruptella. 1041. P. T. ( l'interrompue ) albo-flaveſcens, faſciis duabus obliquis ferrugineis, poſteriore interrupta.
*Hab. in* Europa.
*Deſc. Caput thorax*que nigricantia. *Alæ ſuperiores* albido-luteæ, faſciis duabus obliquis, fulvis, quæ marginem exteriorem non tangunt. *Inferiores* fuſcæ.

Quinnatella. 1042. P. T. ( le quine ) alba, alis ſuperioribus lineis quinque tranſverſis fuſcis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* Parva, argentato alba. *Alæ* valde fimbriatæ. *Superiores*, faſciis quinque tranſverſis fuſcis, prima in baſi, ultima fere alam terminante. Certo ſitu faſciæ fere auratæ.

Herminatella. 1043. P. T. ( l'herminée ) fuſca, linea duplici tranſverſa flava, margine alarum undique flavo interſecto.
*Hab. in* lichenibus.
*Deſc. Alæ omnes* fuſcæ infra & ſupra. Supra duæ lineæ luteſcentes tranſ-

verſæ. Margo exterior inferiorque alarum fuſco luteoque variegatus.
*Obſ.* A tinea *lichenella* differt. V.

Annulatella. 1044. P. T. ( les anneaux ) alis ſuperioribus nigris, faſcia longitudinali maculiſque duabus aureis, antennis in medio albis.
*Hab. in* Europa.
*Deſc.* *Antennæ* nigræ, albo faſciatæ. *Caput, corpuſ*que æneo-nigra. *Alæ ſuperiores* concolores, faſcia longitudinali aurata prope marginem interiorem, alæ dimidiam partem percurrente; alia brevior verſus marginem exteriorem. inter has faſciola aurata tranſverſa. *Alæ inferiores* flaveſcentes fuſco-marginatæ.

Mucoſella. 1045. P. T. ( la moiſie ) albida, lineis longitudinalibus reticulatis fuſcis, involucro villoſo-albeſcente.
*Hab. in* gramineis.
*Deſc.* Longa & anguſta. *Alæ* ſupra albidæ, lineis fuſcis longitudinalibus, obliqueſcentibus, inde alæ rotundatæ. *Subtus* cinereæ.
*Obſ.* Involucrum pilis brevibus albis hirtum. V.

Pedella. 1046. P. T. ( la croſſe ) alis cinereis, lineis albis faſciaque longitudinali fuſca, involucro fuſco pediformi.
*Hab. in* Europæ quercu aliiſque arboribus.
*Deſc.* Elongata, cinerea. *Alæ* fimbriatæ, lineis duabus argenteis a baſi ortis, fugantibus; una verſus marginem interiorem, altera verſus exteriorem. Ubi fugant, oritur linea fuſca, deſcendendo dilatata.

*Obſ.* Involucrum fuſcum, cylindricum, parte inferiori recurvum, ſuperiori apertum. Induſtria larvæ in *inſ. pariſ.* legenda. V.

Lamella-tella. 1047. P. T. (les lames) nigro-cinerea, involucro fuſco, recurvo, lamina duplici folioſa tecta.
*Hab. in* foliis arborum Europæ.
*Deſc. Oculi* nigri. *Caput*-albo-griſeum uti corpus infra & pedes. *Alæ* cinereo-nigræ.
*Obſ.* 1. Involucrum durum, fuſcum, ſericeum recurvum, laminis duabus ſericeis. V.
*Obſ.* 2. Viginti tinearum ſpecies in opere *D. Geoff.* non deſcriptæ, in *ent. pariſ.* numerantur. An omnes lineæ? Nomina trivialia conſervavi ſolam terminationem aliquoties mutavi. V.

Flavella. 1048. P. T. (la jaune) fuſca, alis ſuperioribus flavis, punctis margine externo circuloque infra croceis.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Cincta *ent. p.* 55. V.

Punctula-tella. 1049. P. T. (la ponctuée) cinerea, alis ſuperioribus punctorum nigrorum tribus paribus.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Affinis videtur tortr. *Belanianæ.* V.

Vittatella. 1050. P. T. (l'entourée) nigro-fuſca, faſcia tranſverſa alba.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Forſan geometra *cingulata Syſt.* V.

Virgatella. 1051. P. T. (la bande noire) fuſco-cinerea, faſcia tranſverſa alba.
*Hab. in* Europa.

Atratella. 1052. P. T. ( la jaune ) tota atra.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* An Errore typograph. nominata fuit *la Teigne jaune ?* V.

Signatella. 1053. P. T. ( la gravée ) alba, ſignaturis fulvis aureiſque marmorata, margine externo albo interſecto.
*Hab. in* Europa.

Scapulatella. 1054. P. T. ( le mantelet ) cineraſcens, faſciis tranſverſis fuſcis, capite collarique albo, oculis nigris.
*Hab. in* Europa.

Turcicella. 1055. P. T. ( l'Ottomane ) nigra, alarum baſi macula duplici lunulari alba.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Differt a tin. *ſpiſſicella D. Fab.* In noſtris baſis antennarum ariſtata. An varietas ? V.

Craſſicornella. 1056. P. T. ( la craſſicorne ) nigra, antennis craſſis, alarum baſi faſciaque tranſverſa lutea.
*Hab. in* Europa.

Purpuratella. 1057. P. T. ( la purpurine ) nigro-violacea, alis antice flavis, poſtice macula marginali flava, lineis cæruleis nitentibus, pedibus annulis albis.
*Hab. in* Europa.

Rhombella. 1058. P. T. ( le lozange jaune ) atra, alarum baſi macula longitudinali, margine externo puncto medio, maculaque rhomboidæa flavis, antennis medio albis.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Sub nomine tineæ *antennulatæ.* An propter faſciam antennarum ? V.

Citrinella. 1059. P. T. ( la citrine ) alis ſuperioribus flavis, maculis aliquot aurantiis.
*Hab. in* Europa. Circa Lugdunum.
*Obſ.* Media. V.

Pallidella. 1060. P. T. ( la paillette ) corpore fuſco, oculis nigris, alis pallido-flavis.
*Hab. in* Europa.
*Obſ.* Variat colore magis minuſve ſaturato. V.

Tan. 1061. P. T. ( le tan ) cinereo fuſcoque marmorata, alarum apice linea alba acute circumflexa.
*Hab. in* Europa.

Argentinella. 1062. P. T. ( l'argentée ) fuſco-violacea, lineis punctiſque argenteo-violaceis.
*Hab. in* Europa.

Stellatella. 1063. P. T. ( l'étoilée ) crocea ſubviolacea, margine externo macula albiſſima.
*Hab. in* Europa.

Aurantiella. 1064. P. T. ( l'orangée ) corniculis duobus criſtatis, nigro-cærulea, alarum parte ſuperiore maculiſque duabus flavis.
*Hab. in* Europa.

*Ex Faun. Fridr.*

Atomella. 1065. P. T. ( les atomes ) alis exalbo fuſcoque variis, ſtrigis longitudinalibus nigro punctatis, margine poſtico argenteo.
*Hab. in* Europa. In Breſſiæ pratis. V.
*Obſ.* Inter magnas numeranda. Affinis lineæ *pratellæ*. V.

Wiedemanella. 1066. P. T. (la Wiédéman) alis fulvis, faſciis maculiſque albis, lineis punctiſque cæruleo-argenteis.
*Hab. in* Europa. In Breſſia. V.

Obliquella. 1067. P. T. (l'oblique) alis plumbeis, faſciis duabus obliquis albidis, margine infimo albo nigroque teſſellato.
*Hab. in* Europa. In Breſſia V.

Maeſtingella. 1068. P. T. (la Maeſting) alis flavis, linea maculiſque niveis.
*Friſch. inſ.* 3. *t.* 4. *f.* 7.
*Hab. in* Europa. In folio fagi ſubcutanea, pediculi magnitudine.

Ludvigella. 1069. P. T. (la Ludvig) alis griſeis, baſi priorum macula magna, margine extimo triangulo minimo fuſco.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 11.
*Hab. in* hortis.
*Obſ.* Phal. omnino ſimilis in noſtro muſ. ſed pyralis. V.

Hebenſtreitella. 1070. P. T. (l'Hébenſtreit) alis ſubfuſcis, priorum maculis tribus umbraticis.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 2.
*Hab. in* Europa. In hortis circa Lugdunum.
*Obſ.* Noſtræ *D. Rœſ.* imaginibus ſimiles, licet inter tortrices adnumerandæ. V.

*Ex noſt. Muſ.*

Schrankella. 1071. P. T. (la Schrank) alis ſuperioribus nigro-violaceis, macula alba lata, ſinuata, punctis cæruleis.
*Hab. in* Europa. In Breſſia frequens.
*Deſc.* Parva. *Caput*, *thorax*que nivea. *Alæ ſuperiores* violaceæ, punctis cæ-

ruleis, macula magna albidiſſima, margine interiore ſinuata. *Alæ inferiores* griſeæ. In honorem *D. Franciſci de Paula Schranki* enumeratione inſectorum Auſtriæ cogniti. Opus perutile tam ſynonymiæ emendatione quam deſcriptionum rectificatione. Deſideraretur lepidopterorum enumeratio. Reſectionis ratio ſequens: & quia immortali operi quod de lepidopteris cum toto orbe erudito a vero clariſſimo *Ignatio Schiffermullero* ſac. Cæſ. majeſtatis conſiliario collegiique Nordici, quod Lincii eſt, moderatore expecto, addi nihil poſſe exiſtimem, ordinem hunc inſectorum omnino prætermiſi. *Enum. præf.*

Aldrovandella. 1072. P. T. (l'Aldrovande) alis violaceis, faſcia alba in medio, antennis longiſſimis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc. Alæ omnes* ſubtus fuſcæ, apice albæ. In honorem infatigabilis laborioſique *Aldrovandi*, cujus muſæum, *Bononiæ*, etiam hodie viatores ſtupet.

Eſperella. 1073. P. T. (l'Eſper) alis argenteis, faſciis duabus aureis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Parva & linearis. In honorem *D. Eſperi* opere lepidopt. cogniti.

Admirella. 1074. P. T. (l'Admiral) alis ſuperioribus in medio rubicundis, puncto nigro, margine exteriori variegato.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Parva. *Alæ inferiores* ſubtus fuſcæ. In honorem *D. Admiralis* cujus icones vivis coloribus fucatæ.

Adanſo- 1075. P. T. (l'Adanſon) alis ſuperioribus
niella. auratis, atomis fuſcis, antennis longiſſimis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Statura, facies magnitudoque tineæ *Swammerdamellæ. Caput* luteum. *Alæ omnes* ſubtus fuſceſcentes. In honorem *D. Adanſonii*, plurimis doctis operibus celebris.

Palladel- 1076. P. T. (la Pallas) palpis magnis cur-
la. vis, alis ſuperioribus fuſcis, faſcia alba tranſverſali.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Parva. *Palpi* cornua duo referunt, inde affinis tineæ *cornutellæ;* ſed hæc tota oſſea & polita. In honorem *D. Palladis*, qui hiſtoriam naturalem entomologiamque erudite locupletavit.

Fabriciel- 1077. P. T. (la Fabricius) tota orichalcea,
la. caudata, cauda violacea.

*Hab. in* Europa. Prope Maſſiliam capta.

*Deſc.* Superba hæc tinea admodum longa eſt & linearis. *Antennæ* mediocres, baſi valde incraſſatæ. *Alæ ſuperiores* orichalceæ, cauda longa violacea, *ſubtus* alæ omnes fuſcæ. In honorem celeberrimi doctiſſimique Entomologi *Joh. Chriſt. Fabricii*, qui viam novam aperiens, nomina trivialia *Linn.* ſancte conſervavit, & immortalem philoſophiam entomologicam ſ. hujus ſcientiæ fundamenta anno 1778 publicavit.

Tremble- 1078. P. T. (la Trembley) alba, oculis
yella. quodam umbraculo tectis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc. Alæ ſuperiores* albæ, arctæ, lineares, caudatæ. Ex capite oriuntur

*faſciculi* duo albi, qui oculos baſinque antennarum adeo tegunt, ut oculi ſolum infra ſint conſpicui. *Alæ inferiores* albidæ valdeque fimbriatæ. In honorem *D. Trembleyi*, qui Orbem doctum inſtrûxit novis & inuſitatis animalibus quæ, mille modis ſecata, nova animalia formant & ubique in aquis ſtant, licet fere omnibus inviſibilia.

Origerel-la. 1079. P. T. (l'Oliger) alis griſeis, nubeculis fuſcis.

*Hab. in* Europa.

*Deſc. Alæ ſuperiores* griſeæ, punctis fuſcis irroratæ maculiſque quatuor fuſcis: prima fere ad alarum baſin; ſecunda in medio marginis exterioris; tertia verſus angulum ani; quarta verſus alæ apicem. Inſuper margo exterior albido fuſcoque variegatus. In honorem *D. Oligeri* anatomia *Gryllotalpæ* auctoris.

Kleiniel-la. 1080. P. T. (la Klein) alis ſuperioribus albis, lineis fuſcis longitudinalibus, macula alba hamæformi in angulo ani.

*Hab. in* Europa. Circa Lugdunum rariſſima.

*Deſc.* Magnitudo media. *Alæ* adſcendentes, maculis fuſcis linearibus quæ a medio ad apicem excurrunt. Macula alba longitudinalis in marginis exterioris baſi; altera hamata in ipſo angulo ani. In honorem *D. Kleinii* plurimis operibus cogniti imprimiſque regni animalis ſyſtemate anno 1754 publicato.

Müllerel-la. 1081. P. T. (la Muller) tota pallide flava, antennis pubeſcentibus.

*Hab.*

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſtraliore.
*Deſc.* Inter minimas numeranda eſt. *Alæ* fimbriatiſſimæ, pallide auratæ, adſcendentes. In honorem *D. Mulleri.* Faun. Fridr. *&c.* optime cogniti.

Schlugella. 1082. P. T. (la Schluga) tota nigra, excepto capite, pedibus nigro alboque variegatis. *t.* 6. *f.* 31.
*Hab. in* Europa. Circa Lugdunum *rara.*
*Deſc.* Magnitudine facieque cum præcedente convenit, ſed nigra. *Caput* album. Antennæ non pubeſcentes. In honorem *Joh. Bapt. Schluga*, medicinæ *Dr. Vendobonenſis*, primæ lineæ cognitionis inſectorum auctoris.
*Obſ. Tineæ*, alis convolutis fere in cylindrum, *fronte prominula. Linn.*
*Alæ reverſæ* : margine interno fimbriato, præſertim ad angulum poſticum, latitudine dimidia longitudinis parte. *Scop.*
*Antennæ filiformes* : a baſi ad apicem decreſcentes. *Frons* prominula. *Larva* involucro tecta. *Chryſalis* in involucro larvæ. *Geoff.*
*Tineas* a phalænis ſeparavit *D. Geoff.* inquit *D. de Geer*, ſed qua ratione? Phalænis tineæ ſunt ſimiles notaque ab involucro ſumta genus proprium non format. Præterea inter tineas ordinavit plurimas ſpecies quæ certe ad tineas non pertinent. *Tineæ* igitur ſunt vere phalænæ ab aliis ſola parvitate diſtinctæ.
*Nota* ſpecifica ex palpis ſumta optima videtur & tineas facile diſtingueret; ſed character continuo oculum armatum exigens, non ſine tædio accipietur. *Palpi* quatuor inæqules; *anteriores* porrecti, filiformes, cylindrici, membranacei, ſub articulati, apice ſubhirſuti.

*Poſteriores* multo breviores, nudi, cylindrici, obtuſi, bifidi, laciniis æqualibus utrinque ad baſin linguæ inſerti. *Fab. Mantiſſ. p.* 147.

Hac nota admiſſa, aliquot tineæ *Syſt.* ex hoc genere excluderentur, e. g. tinea *pomonella*, *unguicella*, *puchella*, &c. Ex præcedentibus legitime concludendum eſt genus tinearum *Linnæi* non erroneum eſſe, quum inſtrumentis cibariis fulcitus *D. Fab.* omnes fere *Syſt.* tineas nihilominus conſervavit; ſed *D. de Geer.* opinioni aſſentiendum genuſque a moribus larvarum omnino rejiciendum eſt, & huic conſenſit hodiernorum Entomologorum celeberrimus ſ. *D. Fab. characteres ab inſecti perfecti partibus, non vero a mutatione varia ſtructuræ deſumi debent.* Entom. fund. p. 95.

## *7* A L U C I T Æ.

Monodactyla. 1083. P. A. (la Monodactyle) alis patentibus linearibus indiviſis. *

*Reaum. inſ.* 1. *t.* 20. *f.* 12.-16.

*Fab.* pterophorus 1.

*Faun. Fridr. n.* 524.

*Hab. in* Europæ convolvulo. In Gallia Auſt. V.

*Deſc. Alæ* cinereæ, *ſuperiores* lineares, indiviſæ, ſubtus canaliculatæ, ſub quibus inferiores abſconduntur; *inferiores* vero tripartitæ, ramo poſtico uſque ad baſin diviſo. *Faun.* 1452.

*Obſ.* 1. Alucitarum omnium *alæ* digitatæ quodam nodo videntur; *inferiores* ſemper tripartitæ & ultra diviſæ ſunt. Superiorum ſciſſurarum numerus variat; ex his rimis nomina trivialia ſumſit

*Linnæus. Monodactyla* illa eſt cujus alæ ſuperiores indiviſæ ſunt, ſcilicet parum ſciſſæ, rima unica ultra dimidiam alæ partem non extenſa parumque viſibilis. *Didactylæ* alæ ſuperiores bifidæ, &c. *Pedes* omnium ſpecierum longi, tenues, ſpinis acutis armati. Alarum ſitus fere ſemper cruciformis. V.

*Obſ.* 2. *Larva* 16-poda viridi-alba, piloſa, pilis divergentibus.

*Puppa* dorſo piloſa. V.

Didactyla. 1084. P. A. (la Didactyle) alis patentibus fiſſis fuſcis, ſtrigis albis, anticis bifidis, poſticis tripartitis. *

*Scop. carn.* 672.

*Raj. inſ.* 205. *n.* 101.

*Reaum. inſ.* 1. *t.* 20. *f.* 12-15.

*Pet. gaz. t.* 66. *f.* 10.

*Geoff. pariſ.* 92. pterophorus fuſcus.

*Fab.* pteroph. 2 alis fuſcis, ſtrigis albis, anticis bifidis, poſticis tripartitis.

*De Geer tom.* 2. *p.* 260. *t.* 4. *f.* 9. fuſca albo ſtriata, alis anticis didactylis, poſticis tridactylis.

*Schæff. elem. t.* 104.

—— *icon. t.* 93. *f.* 7.

*Merian. Eur. t.* 22.

*Faun. Fridr. n.* 525.

*Hab. in* convolvulo, geo rivali.

*Deſc. Alæ ſuperiores* fuſco-ferrugineæ, ſemi-bifidæ, acuminatæ: ſtrigæ ſ. maculæ aliquot albæ; margo poſticus ſub apice albus. *Inferiores* albido maculatæ. *Pedes* albo annulati. *Faun.* 1453.

*Obſ.* Licet *Reaum. t.* 20. *f.* 12.-15. indicata ſit in *Syſtemate*, licet eamdem *tabulam f.* 12.-15. citaverit *D. Geoff.* ſynonymia certe emendada eſt. Omnes

enim ad alucitam *monodactylam* pertinent reipſaque *Reaum.* non indicaverunt *DD. de Geer*, *Fab.* In hac ſpecie *alæ ſuperiores* ad medium uſque ſciſſæ. Pars exterior apice curva, inferior apice lunata. Variat tota fuſca vel maculis albis maculata. *Pedes* & *antennæ* fuſco variegata. V.

Tridactyla. 1085. P. A. (la Tridactyle) alis patentibus fiſſis, pallidis, lineis albis.
*Fab.* pteroph. 3, alis poſticis tripartitis.
*Act. ſoc. Berol. nat. cur.* 3. *t.* 1. *f.* 8.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Alæ ſuperiores bifidæ, inferiores trifidæ.*
*Obſ.* 1. Sub eodem nomine deſcribitur in *Entom. carn.* individuum alterum.
Nivea tota, alis anticis ultra medium bifidis, poſticis trifidis.
*Poda gr. t.* 2. *f.* 14.
*Hab. in* Europæ pratis. In Gallia Auſt. V.
*Deſc.* Segmenta *alarum ſuperiorum* deflexa & falcata. Segmentum *alæ poſticæ* ſubdiſtinctum. *Oculi* nigri.
*Obſ.* 2. Species diverſa videtur. *Larva* dubium ſolvet. V.

Teſſeradactyla. 1086. P. A. (la dactyle marquetée) alis patentibus fiſſis, cinereo-nebuloſis, poſticis fuſcis. *
*Fab.* pteroph. 4.
*Faun. Fridr. n.* 527.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Alæ ſuperiores* cinereo fuſcoque nebuloſæ, fiſſura connivente. *Inferiores* fuſcæ, nec maculatæ, tetradaclylæ. *Faun.* 1454.
*Obſ.* In noſtris ſpeciminibus *alæ ſuperiores* non tetradactylæ, ſed cetera ut in *Faun ſuec.* deſcriptione. V.

Tetradac-tyla. 1087. P. A. ( la tétradactyle ) alis patentibus fiſſis, flaveſcentibus. *
*Faun. Fridr. n.* 528.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Alæ ſuperiores* lineares, linea alba longitudinali, ut ſoli margines obſcuriores, immaculati. *Pedes* albi. *Faun.* 1455.
*Obſ.* Difficile determinatur hæc ſpecies, nec in *Entom. carn.* nec in *D. Fab.* ſpeciebus nec in *D. de Geer* opere nec in *inſ. pariſ.* enuntiatur. *Alarum* ſciſſuras non memoravit *Linn.* In noſtris omnibus *alæ omnes* bifidæ. V.

Pterodac-tyla. 1088. P. A. ( la ptérodactyle ) alis patentibus fiſſis teſtaceis, puncto fuſco. * *t. 6. f.* 31.
*Scop. carn.* 674.
*Fab.* pteroph. 5.
*Wien. Verz.* 297. *t.* 1. *a.* 8. *t.* 1. *b.* 8.
*Faun. Fridr. n.* 526.
*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. V.
*Deſc. Alæ ſuperiores* ferrugineo-teſtaceæ, bifidæ, ſed fiſſura, ( niſi flectantur ) non apparente; in medio punctum nigricans. *Faun.* 1456.
*Obſ.* Variat. *Alæ* apud nos albidæ, ſed *poſticæ* obſcuriores; punctum anticarum parvum valde utrinque conſpicuum; punctula alia nigra adhuc minora, oculo armato obſervantur. V.

Pentadac-tyla. 1089. P. A. ( la pentadactyle ) alis patentibus fiſſis, quinquepartitis niveis, digito quinto diſtincto. *
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 20. *f.* 1, 2.
*Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 5.
*Pet. gaz. t.* 67. *f.* 6.
*Admiral. inſ. t.* 23.

*Sulz. inſ. t.* 16. *f.* 10.
*Geoff. pariſ.* 2. *p.* 91. pterophorus albus.
*Fab.* pteroph. 6. alis niveis, anticis bifidis, poſticis tripartitis.
*Faun. Fridr. n.* 529.
*Hab. in* Suecia. In Europa frequens.
*Larva* 16-poda, piloſa, viridis, nigro punctata lineaque dorſali alba.
*Puppa* piloſa, viridis, nigro punctata. *Fab.*
*Deſc.* Major reliquis noſtratibus & tota nivea. *Thorax* faſciculis tribus. *Alæ ſuperiores* ultra medium bifidæ, margine poſtico ciliatæ. *Inferiores* quinquepartitæ, 5to. libero; rachidibus omnium imbricatis ſquamis. *Faun.* 1457.
*Obſ.* Noſtræ *D. Fab.* deſc. conformes. *Alæ* inferiores tripartitæ. V.

Hexadactyla. 1090. P. A. (l'Exadactyle) alis patentibus fiſſis, ſingulis ſexpartitis cinereis. *t.* 6. *f.* 32.
*Scop. carn.* 676.
*Reaum. inſ.* 1. *t.* 19. *f.* 19.-21.
*Friſch. inſ.* 7. *t.* 73.
*Geoff. inſ.* 2. *p.* 92. pterophorus cinereus.
*Pet. gaz. t.* 67. *f.* 7.
*Fab.* pteroph. 7. alis fiſſis cinereis, ſingulis ſexpartitis.
*Hab. in* lonicera xyloſteo. In Gallia Auſt. Prope Lugdunum frequens. V.
*Deſc. Alæ* omnes patentes: radiis numeroſis fere ad baſin diviſis ciliis quaſi cohærentibus, colore-albo cinereoque undulatis. *Faun.* 1458.
*Obſ.* Variant alarum rimæ; in alis ſuperioribus octo, in inferioribus quatuor numerat *D. Geoff.*; in ſpeciebus *D. Fab.* alæ ſingulæ ſexpartitæ. Utraque variatas in noſtro muſæo. V.

*Ex op. D. de Geer.*

Fuſco-dactyla. 1091. P. A. (la dactyle brune) alis fuſcis immaculatis, ſuperioribus bifidis, poſticis tripartitis.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. Circa Lugdunum. V.

*Deſc. Tota* fuſca. *Antennæ* dimidii corporis longitudine. *Alæ ſuperiores* baſi anguſtæ, ad tertiam partem uſque bifidæ; *inferiores* trifidæ, digito tertio ſeparato. *Abdomen* elongatum, tenue, in medio craſſiuſculum. *Pedes* albi, fere argentei.

*Ex Entom. carn.*

Bipuncti-dactyla. 1092. P. A. (la dactyle ponctuée) alis anticis cinereis, punctis tribus nigris lineaque fuſca longitudinali in limbo.

*Hab. in* Europæ ſylveſtribus.

*Deſc. Alæ ſuperiores* bifidæ, inciſura lin. 1 $\frac{1}{2}$ longa, ſegmentis parallelis, ſupra pari uno punctorum nigrorum, intervallo lin. 1 $\frac{2}{3}$ ab alæ apice diſtantium punctoque alio minore eodem intervallo, a baſi aliſque punctis remoto. *Alæ poſticæ* trifidæ, fuſco-ferrugineæ, nitidæ. *Abdomen* aliis poſticis concolor, lineis argenteis dorſalibus binis, lateralibus denuo binis, ſed ad medium uſque non productis, infra iterum binis; præter has, eſt lineola nigra lateralis ad baſin abdominis.

*Ex Faun. Fridr.*

Hetero-dactyla. 1093. P. A. (l'Hétérodactyle) alis patentibus fiſſis, nigris, maculis albis, anticis bifidis, poſticis trifidis.

*Hab. in* Europa. In Galliæ Auſt. hortis. V.

## *ADDENDA.*

Apelles. 1094. P. R. ( Apelles ) fulvus unicolor, alis ſubcaudatis fulvis, poſticis ſubtus maculis croceis ad angulum ani. *t.* 4. *f.* 13. V.

*Hab. in* Europa. Rarior circa Lugdunum.

*Deſc.* Magnitudo pap. *betulæ. Antennæ* apice croceæ. *Totus* unicolor ſ. fulvus. *Alæ omnes* ſupra & infra fulvæ. *Poſticæ* caudatæ, ſubtus maculis croceis lineaque alba undulata. V.

Fuſco-nebuloſa. 1095. P. N. ( le nuancé ) elinguis, antennis breviſſimis, alis albido-cinereis, maculis fuſcis, nebuloſis. *De Geer tom.* 7. *p.* 598. *t.* 44. *f.* 16.

*Hab. in* Europa.

*Deſc.* Phal. *humuli* affinis. *Antennæ* filiformes, thorace breviores. *Caput, thorax abdomen*que villoſiſſima. *Oculi* nigri. *Alæ ſuperiores* albido-cinereæ, maculis ſtrigiſque inæqualibus fuſcis. *Inferiores* ſupra & infra fuſcæ, immaculatæ. *Pedes* villoſi.

Sauſſuriana. 1096. P. T. ( la Sauſſure ) griſea, palpis ſpiſſis curvis apice ſubulatis, thorace apice nigro. V.

*Hab. in* Europa. In Gallia Auſt. rarior.

*Deſc. Antennæ* longitudine corporis. *Thorax* macula atra. *Alæ* griſeæ, punctis duobus nigris obliquis in ſingula ala punctiſque duobus aliis albis longitudinalibus. Doctis operibus, itineribus Alpinis phyſicam ſcientiamque naturalem jamdiu locupletans celebr. *Sauſſurius*, civis Genevenſis, famoſum

montem vulgo *le Mont-Blanc*, nuperrime experientiis phyſicis primus illuſtravit. V.

*Obſ.* Coleoptera, hemiptera, lepidoptera jam typis mandata fuerant, quum *Mantiſſ. D. Fab.* ad nos pervenit, quum noctuas publicavit *D. Eſpec.* plurimas igitur ſpecies novas in *addit.* IV *tom.* reperientur, nonnullaque individua in noſtro muſæo indicata, cognita erant, licet nondum in lucem edita. V.

*Finis Tomi II.*

# ANALYTICA COMPARATAQUE D. D. LINNÆI, DE GEERI, GEOFFROYI, FABRICII ENTOMOLOGIARUM SYNOPSIS.

*Obſ.* Denominatio *Lepidopterorum* a *D. Scopoli* conſervata fuit.

*Alæ* quatuor imbricatæ ſquamis.
*Corpus* piloſum.

Apud *Geoffroyum farinoſa* apellantur.

In Entomologia *D. Fabricii* ſextam claſſem conſtituunt gloſſataque fuit nominata, eo quod *os* lingua ſpirali inſtructum ſit abſque palpis, maxillis, mandibulis labioque. V.

*D. Linnæi.*

PAPILIO.

*Antennæ* apicem verſus craſſiores ſæpius clavato-capitatæ.
*Alæ* (ſedentis) erectæ ſurſumque conniventes (volatu diurno.)
*Papiliones* dividuntur in VI phalanges.

*D. de Geeri.*

PAPILIO.

*Antennæ* clavatæ.
*Alæ* quieſcentis erectæ.

*D. Geoffroyi.*

PAPILIO.

*Antennæ* clavatæ.
*Chryſalis* nuda.

*D. Fabricii.*

PAPILIO.

*Palpi* duo reflexi.
*Lingua* ſpiralis, exſerta.

*Antennæ* clavatæ.

*Papiliones* dividuntur in VI phalanges.

| *D. Linnæi.* | *D. de Geeri.* |
|---|---|
| *Obſ.* Sex phalanges annuntiantur & reipſa quinque enuntiantur a, b, c, d, e, inde *heliconii* dividendi in duos ordines. | |
| *Heliconii* proprie dicti, deinde *parnaſſii.* | In quinque familias dividuntur. |
| a. *Equites* alis anticis ab angulo poſtico ad apicem longioribus quam ad baſin; his ſæpe antennæ filiformes. | Fam. 1. *Pedes* 6 ambulatorii. |
| —— *Troes* ad pectus maculis ſanguineis (ſæpius nigris.) | *Alæ inferiores* ventris latera tegentes, ut abdomen occultetur. |
| —— *Achivi* pectore incruento, ocello ad angulum ani. | 2. *Pedes* 6 ambulatorii. |
| —— Alis abſque faſciis. | *Alæ inferiores* dorſi latera tegentes, ut venter appareat. |
| —— Alis faſciatis. | |
| b. *Heliconii* alis anguſtis, integerrimis, ſæpe denudatis, primoribus oblongis, poſticis breviſſimis. | 3. *Pedes* 6 ambulatorii. *Alæ* verſus poſteriora inclinatæ. |
| c. *Danai* alis integerrimis. | 4. *Pedes* ambulatorii, 2 ſpurii villoſi, penduli. |
| —— *Candidi* alis albis. | |
| —— *Feſtivi*, alis variegatis. | |
| d. *Nympales*, alis denticulatis. | 5. *Pedes* 4 ambulatorii, 2 ſpurii occultati. |
| —— *Gemmati*, alis ocellatis. | In prima familia. |
| ...Ocellis in alis omnibus. | |
| ....... in alis primoribus. | Pap. *Rhamni*, *cratægi*, *argiolus*, *ſinapis*. |
| ....... in alis poſticis. | |
| *Phalerati*, alis cæcis abſque ocellis. | |

| *D. Geoffroyi.* | *D, Fabricii.* |
|---|---|
| Familiæ duæ. | |
| 1. Tetrapi. | |
| 2. Hexapi. | |
| Tetrapi larvis diviſi in tres ordines. | a. *Equites*, alis anticis ab angulo poſtico ad apicem longioribus, quam ad baſin. |
| 1. Erucis ſpinoſis, alis angulosis. | |
| 2. Erucis ſpinoſis, alis rotundatis. | |
| 3. Erucis non ſpinoſis, pedibus anticis breviſſimis, collare non efficientibus. | —— *Troes*, ad pectus maculis ſanguineis aut nigris. |
| Tetrapi in tetraporum ordine primo, Antiopa, *io*, *polychroſos*, *urticæ*, c-*album*, *atalanta*, *cardui*. | —— *Achivi*, pectore incruento, ocello ad angulum ani. |
| In eorumdem ordine ſecundo *paphia*, *aglaja*, *lathonia*, *euphroſyne*, *cinxia*. | b. *Heliconii*, alis anguſtis integerrimis, anticis oblongis. |
| | c. *Parnaſſii*, alis rotundatis, denudatis. |
| | d. *Danai*, alis integerrimis. |
| | —— *Candidi*, alis albidis. |
| In ordine tertio Pap. *Hermione*, *hyperanthus*, *dejanira*, *ægeria*, *janira*, *jurtina*, *mæra*, *thitonius*, *pamphilus*, *hero*. | *Feſtivi*, alis variegatis. |
| | e. *Nympales*, alis denticulatis. |
| | —— *Gemmati*, alis ocellatis. |
| HEXAPI. | |
| §. 1. | |
| *Machaon*, *podalirius*. | —— *Phalerati*, alis cæcis abſque ocellis. |

| *D. Linnæi.* | *D. de Geeri.* |
| --- | --- |
| e. *Plebeii parvi*, larva ſæpius contracta. *Rurales*, alis maculis obſcurioribus. *Urbicolæ*, alis ſæpius maculis pellucidis. | In ſecunda *machaon*, *Apollo*. In tertia *comma*, *malvæ*, S. plebei *urbicolæ*. In quarta, *atalanta*, *c-album*, *adippe euphroſyne*, *cinxia*, *mæra*, *pamphilus*, *hero*, *arcanius*. In quinta *ligea*, *hyperanthus*. |

*Obſ.* I. *DD. de Geeri*, *Geoffroyi* clariſſ.que noſtri *Reaumurii* diviſio fere eadem eſt, ordine familiarum ſolo diverſo. Papiliones in ſeptem familias ordinavit, ſed ſphinges ad ſextam & ſeptimam pertinent. Larvas numero pedum ſimiliter in ſeptem familias diſtribuit. V.

